cum potuissent, primum hostium impetum non tulerunt; Mace- 10
dones et maxime omnium frequentes ad signa fuerant et diu an-
cipitem victoriae spem fecerunt; postremo fuga ceterorum nuda- 11
ti, cum duae iam acies hostium ex diverso, levis armatura ab la-
tere, clipeati caetratique a fronte urgerent, et ipsi re inclinata
primo rettulere pedem, deinde inpulsi terga vertunt, et plerique 12
abiectis armis, nulla spe castrorum tenendorum relicta, Corinthum
petierunt. Nicostratus mercennariis militibus ad hos persequen- 13
dos equitibus Thracumque auxiliis in populatores agri Sicyonii

— *ante signa*, die auf dem Marsche vorangetragen werden; *ut praegrederentur* soll wol bedeuten, dass sie in einiger Entfernung vorangehen und zuerst angreifen sollen. — *parte u.*, s. zu 31, 21, 15. — *mercennar.*, s. 31, 25, 3. — *in illar. g.* kann sich, wenn es richtig ist, nur auf die achäischen oder überhaupt die peloponnesischen Staaten beziehen, s. 32, 37, 2: *regionis eius*; die *clipeati* sind die c. 14, 5 erwähnten *scutati*; über *id rob.* s. c. 4, 4; 34, 38, 5, zu 27, 14, 5. — *procul e. ab.*, der blosse Abl. bei *procul abesse*, s. zu 7, 37, 6, findet sich mehrfach bei L., s. 8, 32, 13; 10, 4, 7 u. a.; seltener bei *abesse* allein, s. 8, 24, 3; 9, 44, 2; 24, 3, 3; 26, 41, 11. — *castris* n. *Androsthenis*. — *vagos pal.*, 31, 41, 10. — *nisi raro*, ausser nur hier und da; *raro* enthält eine nähere Bestimmung zu *in collibus*, hebt *nusquam* nicht auf; gewöhnlicher ist das Adjectiv, doch findet sich auch das Adverbium, s. 3, 38, 9; 23, 33, 6; 25, 37, 15; 30, 15, 8. — *Cleon. q.*, dass sie gar die günstige Stellung bei Cleonae aufgeben und gegen ihn ziehen würden. — *credid.* hier wegen *ut qui*, vgl. 32, 17, 4. — *tuba*, 25, 10, 4. — *vagos* proleptisch, vgl. 2, 50, 6. — *dilapsi*, 4, 53, 9.

9–16. *maxime om.*, s. 36, 19, 4; 4, 59, 11 u. a., vgl. 23, 49, 12, doch ist es an u. St. weniger passend, da nicht so viele Völker da sind. — *postremo fuga c. n.* passt nicht ganz zu *primum non tul.* — *clipeati* c. wie c. 4, 4. — *re inclin.*, s. 22, 6, 9. — *tenend.*, 5, 51, 3. — *retul. - vert. - petier.*, s. c. 18, 18; 22, 21, 8, vgl. 4, 19, 4. — *Sicyonii*, weil dieses näher war als das Gebiet von Pellene, nordwestlich, und Phlius, nördlich von Nemea. —

missis magnam ibi quoque caedem edidit, maiorem prope quam
14 in proelio ipso. ex iis quoque, qui Pellenen Phliuntaque depopu-
lati erant, incompositi partim omniumque ignari ad castra rever-
tentes in hostium stationes tamquam in suas inlati sunt, partim
15 ex discursu id, quod erat, suspicati ita se in fugam passim spar-
16 serant, ut ab ipsis agrestibus errantes circumvenirentur. ceci-
derunt eo die M et D, capti CCC. Achaia omnis magno liberata
metu.

16 Priusquam dimicaretur ad Cynoscephalas, L. Quinctius Cor-
cyram excitis Acarnanum principibus, quae sola Graeciae gen-
tium in societate Macedonum manserat, initium quoddam ibi mo-
2 tus fecit. duae autem maxime causae eos tenuerant in amicitia
regis, una fides insita genti, altera metus odiumque Aetolo-
3 rum. concilium Leucadem indictum est. eo neque cuncti con-
venere Acarnanum populi, nec iis qui convenerant idem placuit;
sed duo principes et magistratus pervicerunt, ut privatum decre-

ibi q. umfasst die beiden eben genannten Punkte; Gron. vermuthet *utrobique*. — *tamq. in s.*, als ob sie — wären, wie man kommt, wenn man die seinigen zu finden hofft, s. 2, 2, 3. — *sparserant*, ehe sie noch, wie die zuerst genannten, an die Posten kommen. — *ipsis*, sogar, schon von. — *metu*, einen Gegenstand der Furcht. Die Achäer haben jetzt von Nabis nichts zu fürchten und können daher mit mehr Entschiedenheit gegen Philipps Feldherrn auftreten, nach 32, 23, 3 haben sie auch Truppen zu dem röm. Heere geschickt.

16–17. Unterwerfung Akarnaniens.

1–2. *excitis* wie c. 14, 2 *evocatos*. — *Acarnanum*, s. 32, 40, 7. — *sola*, nachdem auch Böotien und Thessalien sich an Rom angeschlossen haben. — *initium quodd.*, gewissermassen ein Anfang, ein schwacher Anfang. — *fides ins.*, vgl. Polyb. 4, 30: ὅπερ (τὸ καθῆκον) Ἀκαρνᾶνες ἐν τοῖς πλείστοις καιροῖς οὐδενὸς τῶν Ἑλλήνων ἧττον εὑρίσκονται διατετηρηκότες. Nach Iustin. 28, 1 haben sie früher, bald nach dem Tode des Pyrrhus, den Schutz der Römer nachgesucht und diese den Aetolern untersagt die Akarnanen, *qui soli quondam adversus Troianos, auctores originis suae, auxilia Graecis non misissent*, vgl. L. 45, 31, 12, zu unterwerfen, dann aber im hannibalischen Kriege diese jenen Preis gegeben, s. 26, 24 ff., so dass sie in Philipp ihren Retter erblickten, dem sie auch jetzt noch treu bleiben. — *concil.*, Xen. Hell. 4, 6, 4: τὸ κοινὸν τῶν Ἀκαρνάνων. — *Leuc.*, c. 17, 1.

3–7. *populi* wie bei den Achäern, 31, 22; Schömann 2, 69. — *duo pr.*, die § 5 genannten. *magistratus* kann als Singular genommen u. von dem praetor § 5 verstanden werden. — *privatum*, da die Versammlung regelmässig berufen ist, so kann dieses nicht bedeuten, dass nur sie als Privatleute den Beschluss gefasst haben, sondern dass das Decret nur nach ihren Wünschen, nicht dem Willen des Volkes (da viele entfernt, die Anwesenden zum Theil dagegen waren) gemacht worden sei, denn es wird nach § 4; 11 *redeundum* etc. als bindend anerkannt. — *decret. fier.*, s. 32, 22,

tum Romanae societatis fieret. id omnes, qui abfuerant, aegre 4
passi; et in hoc fremitu gentis a Philippo missi duo principes
Acarnanum, Androcles et Echedemus, non ad tollendum modo
decretum Romanae societatis valuerunt, sed etiam, ut Archelaus 5
et Bianor, principes gentis ambo, quod auctores eius sententiae
fuissent, proditionis in concilio damnarentur, et Zeuxidae prae-
tori, quod de ea re rettulisset, imperium abrogaretur. rem teme- 6
rariam, sed eventu prosperam damnati fecerunt. suadentibus
namque amicis, cederent tempori et Corcyram ad Romanos abi- 7
rent, statuerunt offerre se multitudini et aut eo ipso lenire iras
aut pati, quod casus tulisset. cum se frequenti concilio intulis- 8
sent, primo murmur ac fremitus admirantium, silentium mox a
verecundia simul pristinae dignitatis ac misericordia praesentis
fortunae ortum est. potestate quoque dicendi facta principio 9
suppliciter, procedente autem oratione, ubi ad crimina diluenda
ventum est, cum tanta fiducia, quantam innocentia dabat, disse-
ruerunt; postremo ultro aliquid etiam queri et castigare iniqui- 10
tatem simul in se crudelitatemque ausi ita adfecerunt animos,
ut omnia, quae in eos decreta erant, frequentes tollerent, neque 11
eo minus redeundum in societatem Philippi abnuendamque Ro-
manorum amicitiam censerent.

Leucade haec sunt decreta. id caput Acarnaniae erat, eoque **17**
in concilium omnes populi conveniebant. itaque cum haec re-
pentina mutatio Corcyram ad legatum Flamininum perlata esset, 2
extemplo cum classe profectus Leucadem ad Heraeum, quod vo-
cant, naves adplicuit. inde cum omni genere tormentorum ma- 3
chinarumque, quibus expugnantur urbes, ad muros accessit, ad

4. — *soc. Rom.*, vgl. c. 2, 6. — *et in h.*, und überdiess, noch dazu. — *duo pr. A.*, die in seiner Umgebung gewesen sind. — *ambo*, die beiden, vorher *duo* anders. — *auctor e. s. f.*, sie hatten diese Ansicht vertreten, den Antrag gestellt, s. c. 2, 6, der Prätor ihn zum Vortrag und zur Abstimmung gebracht. — *rettul.*, s. 32, 22, 3. — *namq.*, s. 4, 9, 2. — *ceder.*, s. c. 35, 5; 44, 9, 1. — *multit.*, was § 8: *frequens concilium* ist, auf dem die Bürger der verbündeten Staaten erschienen, s. c. 17, 1; zur Sache vgl. c. 28, 7.

8–11. *admirant.*: der Verwunderung, s. 34, 50, 2. — *mox* ist einem bedeutenden Begriffe ungewöhnlich nachgestellt. — *pristinae d.* etc., vgl. 39, 49, 11. — *a verec.*, s. c. 14, 9. — *quoque*, da man das nicht hätte erwarten können. — *principio* wie c. 12, 3: *praefati.* — *ultro*, sie, die Verurtheilten, treten als Ankläger, wenn auch nur in leisen (*aliquid*) Klagen auf.

17. 1–4. *Leucade* die Stadt, wie § 4. — *caput*, 36, 11, 9, vgl. 43, 17, 6, vgl. c. 34, 7. — *legatum*, s. 32, 40. — *Leucadem* zu *profectus* zu nehmen, vgl. Ennius Ann. 10, 2 (334) *Leucatam* (s. 26, 26, 1) *campsant.* — *Heraeum*, der Tempel der Hera. — *quibus exp.*, sonst auch: *ex-*

4 primum terrorem ratus inclinari animos posse. postquam paca-
ti nihil ostendebatur, tum vineas turresque erigere et arietem ad-
5 movere muris coepit. Acarnania universa inter Aetoliam atque
6 Epirum posita solem occidentem et mare Siculum spectat. Leu-
cadia nunc insula est, vadoso freto, quod perfossum manu est, ab
Acarnania divisa; tum paeninsula erat, occidentis regione artis
7 faucibus cohaerens Acarnaniae; quingentos ferme passus longae
eae fauces erant, latae haud amplius centum et viginti. in iis an-
gustiis Leucas posita est, colli adplicata verso in orientem et
8 Acarnaniam; ima urbis plana sunt, iacentia ad mare, quo Leu-
cadia ab Acarnania dividitur. inde terra marique expugnabilis
est: nam et vada sunt stagno similiora quam mari, et campus
9 terrenus omnis operique facilis. itaque multis simul locis aut
subruti aut ariete decussi ruebant muri. sed quam urbs ipsa op-
portuna oppugnantibus erat, tam inexpugnabiles hostium animi.

pugnandarum urbium. — *tum*, c. 10, 2; 34, 28, 9; ib. 5, 1.

5–8. *universa* im Gegensatze zu Leucadia, vgl. Caes. G. 1, 1, 1. *inter Aet.*, östlich, *et Epir.*, nördlich. — *et* genauere Bestimmung. *Sicul. m.*, s. Polyb. 4, 63: *ὁ – κόλπος (Ἀμβρακικός) ἐκπίπτει μὲν ἐκ τοῦ Σικελικοῦ πελάγους μεταξὺ τῆς Ἠπείρου καὶ τῆς Ἀκαρνανίας*, ib. 5, 5, 13. — *est – est*, s. 3, 5, 14. — *tum paenin.*, s. Hom. Od. 24, 377: *Νήρικον εἷλον, ἐυκτίμενον πτολίεθρον, ἀκτὴν ἠπείροιο*, später hatten die Corinther die Stadt Leucas gegründet, und die Landenge durchstochen; allein der schmale Canal scheint versumpft gewesen zu sein, s. d. folg. St. aus Plinius; doch trennte derselbe auch so noch Leucas von Acarnanien, wie § 8: *quo – dividitur* vorausgesetzt wird, s. Polyb. 5, 5; wahrscheinlich hat dieser an der Stelle, die L. hier übersetzte, gesagt: früher sei Leucas eine Halbinsel gewesen, jetzt eine Insel, L. aber dieses nicht genau wiedergegeben. — *occident reg.*: in der Richtung, Seite des Ostens: auf der Ostseite, s. 31, 26, 1; 10, 34, 7; 25, 25, 8; übrigens muss ungenau die Richtung von Acarnanien aus, nicht von Leucadia genommen sein, denn von jenem aus lag dieses in der Richtung nach Westen; das folg. *Acarnaniae* ist Dativ. — *quingent.*, vgl. Plin. 4, 1, 5: *Leucadia ipsa paeninsula quondam Neritis appellata, opere adcolarum abscisa continenti ac reddita ventorum flatu congeriem arenae adtumulantium, qui locus vocatur Dioryctus stadiorum longitudine trium, oppidum in ea Leucas*, vgl. Strabo 10, 2, 8, 452. — *latae*, von Ost nach West. — *in his a.*, natürlich konnte sie nicht auf den kleinen Raum beschränkt sein, s. Thucyd. 3, 94, 2: *ἐν ᾗ (τῇ γῇ τῇ ἐντὸς τοῦ ἰσθμοῦ) καὶ ἡ Λευκάς ἐστι καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος.* — *in orient.*, d. h. die Stadt lehnte sich an die nach Osten gerichtete Seite des Hügels; *et Acarn.* wie § 5: *et mare.* — *ima urb.*, s. 31, 1, 7; es ist die Ostseite der Stadt, an dem Canal, der im Folg. *mare* dann *vada – mari* heisst; § 6 *vadoso freto.* — *iacentia* aus *ima* zu erklären; s. Tac. H. 1, 86; viell. ist *ut iacentia* zu lesen, da eine Hs. *iniacentia* hat. — *stagno – mari*, vgl. 26, 45, 7 ff. — *operi*, vgl. 45, 30, 2: *divisui facilis*; 40, 58, 1; zur Sache 21, 8, 2.

9–11. *subruti*, durch Untermini-

diem ac noctem intenti reficere quassata muri, obstruere, quae 10
patefacta ruinis erant, proelia inpigre inire et armis magis muros
quam se ipsos moenibus tutari; diutiusque spe Romanorum ob- 11
sidionem eam extraxissent, ni exules quidam Italici generis
Laucade habitantes ab arce milites accepissent. eos tamen ex su- 12
periore loco magno cum tumultu decurrentes acie in foro instruc-
ta iusto proelio aliquamdiu Leucadii sustinuerunt. interim et 13
scalis capta multis locis moenia, et per stragem lapidum ac rui-
nas transcensum in urbem; iamque ipse legatus magno agmine 14
circumvenerat pugnantes. tum pars in medio caesi, pars armis
abiectis dediderunt sese victori. et post dies paucos audito proe- 15
lio, quo ad Cynoscephalas pugnatum erat, omnes Acarnaniae po-
puli in dicionem legati venerunt.

Isdem diebus, omnia simul inclinante fortuna, Rhodii quo- **18**
que ad vindicandam a Philippo continentis regionem — Peraeam
vocant — possessam a maioribus suis, Pausistratum praetorem 2

ren, vgl. 34, 29, 6. — *diem a. n.*, s. 27, 45, 11; 36, 25, 4; 42, 54, 3; die Beschränkung auf e i n e n Tag und e i n e Nacht, s. 22, 1, 20; 35, 40, 8, liegt schwerlich in dem Wesen des Accusat., wenigstens wird in diesem Sinne auch der Abl. gebraucht, s. 25, 39, 11, vgl. 26, 27, 4; zu *diem* aber *unum* gesetzt, s. 10, 47, 7; 39, 22, 4; 41, 9, 7 u. a. *quassata m.*, s. § 8; vgl. 26, 51, 9. — *obstruere*, vgl. 38, 29, 2: *novum obstruentes murum*. — *armis mag*. etc., s. 10, 45, 12; 22, 60, 23. — *habit.*, s. 29, 26, 7. — *ab arce* von der B. aus, wo sie wol als Vertheidiger zu denken sind, vgl. 3. 41, 4: *a curiae limine*; 4, 22, 6: *a castris*; 31, 24, 9; 32, 10, 9 u. a.; Drakenb. vermuthet *in arce*.

12–15. *tamen* dem hervorzuhebenden *eos* nachgestellt: auch diese jedoch. Ueber die Stellung der Partikel vor der Einräumung: *ex – decurrentes*, s. c. 9, 10: *referentes*; 2, 23, 4; 22, 24, 14; vgl. 9, 3, 5; 5, 48, 6. — *legatus m. agm.*, es scheinen die § 13 erwähnten Truppen zu sein, welche der Legat schnell nach dem forum führt; *interim – iamque* etc. enthalten vorbereitende Umstände zu *pars* etc. = *sed cum interim – transcendissent*, *iamque circumvenissent*, *pars* etc. — *quo – pugn.*, s. 40, 50, 2: *magno proelio pugnasse*; 25, 39, 14; vgl. 6, 42, 5 *pugna pugnata*. — *in dic. leg.* wie c. 1, 1; 8, 20, 6: *in dicionem consulis*; gewöhnlich steht bei *in dicion. venire, concedere, redigere, subigere, recipere, se dedere* u. ä. entweder kein Genitiv, s. 32, 31, 5; 21, 61, 7; 26, 21, 17: ib. 43, 4; 28, 43, 14; 29, 38, 1; 30, 7, 2; 40, 28, 6; ib. 35, 13; 41, 11, 9; ib. 19, 1 u. a., oder der Name des Volkes oder des Königs, in dessen Gewalt ein Staat kommt, so *populi Romani* 26, 33, 12; 10, 10, 5; 37, 45, 3; 38, 11, 9; ib. 31, 6; 28, 11, 15; *Philippi* 36, 14, 9; *Nicomedis* 38, 16, 9; *Mazaetulli* 29, 29, 10; vgl. 32, 21, 32.

18. Niederlage der Macedonier in Carien.

1–3. *inclinante*, zum Schlechten, Unglück neigte, häufiger ohne diese Nebenbedeutung, s. 1, 25, 4; 5, 26, 9 u. a. — *Peraeam*, s. 32, 33, 6. — *a maioribus*; in der Bamb. Hs. fehlt *a*, vgl. 21, 34, 9; 42, 12, 5 u. a.; Phil. hatte das Land erst etwa

cum DCCC Achaeis peditibus, M et DCCC fere armatis, ex vario ge-
3 nere auxiliorum collectis, miserunt: Galli et Pisuetae et Nisuetae
4 et Tamiani et Trahi ex Africa et Laudiceni ex Asia erant. cum
iis copiis Pausistratus Tendeba in Stratonicensi agro, locum per-
5 opportunum, ignaris regiis, qui Therae erant, occupavit. in tem-
pore et ad *id* ipsum excitum auxilium, M Achaei pedites cum cen-
6 tum equitibus supervenerunt; Theoxenus iis praeerat. Dinocrates
regius praefectus reciperandi castelli causa primo castra ad ipsa
Tendeba movet, inde ad alterum castellum, item Stratonicensis
7 agri (Astragon vocant); omnibusque ex praesidiis, quae multifa-
riam disiecta erant, devocatis et ab ipsa Stratonicea Thessalorum
8 auxiliaribus ad Alabanda, ubi hostes erant, ducere pergit. nec
Rhodii pugnam detractaverunt. ita castris in propinquo locatis

seit 4 Jahren, s. 31, 14; 16, L. scheint sich die Zeit länger gedacht zu haben, sonst hätte er nicht *a maioribus* gesagt; oder *possessam* ist = in Besitz genommen, von *possido*, 38, 16, 4; ib. 60, 8; 31, 31, 6. — *praetor.* hier nur: Anführer. — *Achaeis*, s. § 10, die im Solde der Rhodier stehen. — *armatis* statt *militibus*; *auxilior.*, in Sold genommene Hülfstruppen. — *vario gen.*, Leicht- und Schwerbewaffnete. — *Galli* aus Galatien. — *Pisuetae*, Stephanus: *Πισύη πόλις Καρίας*, — *Nisuetae*, wenn anders das Wort ächt ist, gehörten zu den africanischen Hülfstruppen; eine Stadt *Νίσουα* an der Ostseite des carthagischen Meerbusens erwähnt auch Ptolemaeus 4, 3, 7; doch scheint Plin. 5, 4, 24, dieselbe *Misua* zu nennen. Die Tamiani und Trahi, wofür die Mainz. Hs. *Arei* hat, scheinen sonst nicht bekannte africanische Völker zu sein. — *Laudiceni*, die Form findet sich auch auf Inschriften, vgl. *lautumiae*, 26, 27, 3. — *ex Asia* bildet nur den Gegensatz zu den zuletzt genannten Völkern: *ex Africa*, die Gallier u. Pisuetae sind auch aus Asien.

4–5. *Tendeba* Stephan. *Τένδηβα πόλις Καρίας.* — *Strat.*, s. § 19. — *qui Therae er.* ist nicht sicher, da die Hss. *qui tenuerant* haben; Thera in Karien, s. Ptol. 5, 2, 20; Steph. B. u. d. W. — *id i.*, gerade zu dem Zwecke, Peräa wieder zu erobern, vgl. zu 5, 43, 4; 21, 55, 11. — *excit.*, die Rhodier haben auch sie in Sold genommen, vgl. 31, 43, 5.

6–8. *ipsa T.*, im Gegensatze zu *alterum*, ob er Tendeba wieder genommen habe, ist ebenso wenig deutlich, als ob die Rhodier auch Astragon besetzt haben. — *omnibusque* scheint im Gegensatze zu *Thessalorum auxiliaribus*, s. § 21, zu bedeuten: alle Truppen aus den besetzten Posten, so dass zu *omnibus* aus *auxiliaribus* etwa *militibus* zu denken, und *praesidiis* hier wie § 9 *castella*, dagegen *omnibus* wie dort *praesidiis*, Besatzungen, zu nehmen wäre; viell. ist *ex* nach Madvig zu entfernen. — *multifariam* an verschiedenen Stellen, s. 21, 8, 3. — *devocat.*, s. 6, 20, 9, hier mit *ex* und *ab* verbunden. *Alabanda* am Maeander, ziemlich weit nördlich von Stratonicea. — *in prop. locatis*, da allein Dinocrates gegen die Feinde vorgeht, diese nur nicht zurückweichen, so ist die andere Lesart: *in propinquum collatis*, s. 4, 27, 5, weniger zu billigen, s. 1, 14, 6; 2, 53, 1 u. a.: als so – aufgeschlagen war. Ueber die abl. abss. s. 32, 9, 10.

extemplo in aciem descensum est. Dinocrates quingentos Mace- 9
donas dextro cornu, laevo Agrianas locat, in medium accepit con-
tractos ex castellorum — Cares maxime erant — praesidiis, equi-
tes cornibus circumdat et Cretensium auxiliares Thracumque.
Rhodii Achaeos * milites, lectam peditum manum, habuere, me- 10
dios mixta ex pluribus gentibus auxilia, equites levisque armatu- 11
rae quod erat cornibus circumiectum. eo die steterunt tantum 12
acies utraque super ripam, qua tenui tum aqua interfluebat tor-
rens, paucisque telis emissis in castra receperunt sese. postero
die eodem ordine instructi maius aliquanto proelium quam pro
numero edidere pugnantium. neque enim plus terna milia pedi- 13
tum fuere et centeni ferme equites: ceterum non numero tantum 14
nec armorum genere, sed animis quoque paribus et aequa spe
pugnarunt. Achaei primi torrente superato in Agrianas impetum
fecerunt; deinde tota prope cursu transgressa amnem acies est. 15
diu anceps pugna stetit. numero Achaei * et ipsi quadringentos

9–11. *Agrianas*, s. 28, 5, 12; Thucyd. 2, 96: ἀνίστη δὲ καὶ Ἀγριᾶνας – καὶ ἄλλα ὅσα ἔθνη Παιονικά, gute Bogenschützen. — *locat – accepit*, s. § 18; c. 15, 12. — *ex castell.* etc. soll wol nur bedeuten: aus den zusammengezogenen Truppen, welche vorher die Besatzungen der Castelle gebildet hatten, nicht, dass ein Theil auf den Posten geblieben wäre. — *Cares m. er.*, über die freie Stellung der Parenthese s. c. 35, 8; 25, 16, 5; 26, 6, 13; 29, 6, 6; 31, 39, 6; ib. 46, 7; 34, 27, 4 u. a. — *Achaeos*, § 2 u. 5, würde dieses mit *milit. – medios* verbunden, so wäre *milites* neben dem folg. *lectam ped. manum* unpassend; auch erwartet man eine der vorhergeh. genauer entsprechende Angabe der Aufstellung, *cornibus circumiect.* in derselben Bedeutung wie vorher *cornibus circumdat* und *auxilia et equites l. arm.*; wahrscheinlich ist etwas ausgefallen, und die Mainz. Hs. scheint *Achaeos dextro cornu, sinistro mercennarios milites* etc. gehabt zu haben, nach der zwar *milites* passend wäre, aber nicht *lectam manum* in Bezug auf die § 2 genannten *mercennarii*, und die Unterscheidung dieser von den Achäern, die ebenfalls Söldner sind, ungenau. — *levis arm.*, auch diese scheint in den § 2 genannten enthalten zu sein.

12–14. *qua* ist unsicher, da die Hss. *qui* haben, was von Madvig getilgt wird; die gewöhnliche Lesart: *qui tenui – interfluebat, torrentis* ist wegen der auffallenden Trennung des Genitivs von dem Beziehungsworte, ohne dass ein Pronom., *eius*, wie § 21: *iis*, vorhergeht (nur ähnlich wäre 25, 18, 5, vgl. zu 31, 49, 9), wol nicht richtig. — *interfluebat*, vgl. 41, 23, 16; Curt. 4, 12, 6 u. a. — *terna*, viell. ist ein Theil der rhodischen Truppen anders verwendet (zur Beschützung des Lagers), sonst würde *terna* zu den § 2 u. 5 angegebenen Zahlen nicht passen. — *paribus*, daraus ist *pari* zu *numero* und *genere* zu nehmen. — *pari – aequa*, s. 7, 33, 5, hier um abzuwechseln, ebenso im Folg. *amnem* nach *torrente*.

15–18. *prope c.*, s. c. 8, 7. — *et ipsi* ist nicht richtig, da eine entsprechende Zahl nicht angegeben ist, die der Achäer, s. § 10, grösser

16 loco pepulere; inclinato deinde laevo cornu in dextrum omnes conisi. Macedones, usque dum ordines et veluti stipata phalanx
17 constabat, moveri nequiverunt; postquam laevo latere nudato circumagere hastas in venientem ex transverso hostem conati sunt,
18 turbati extemplo tumultum primo inter se fecerunt, terga deinde vertunt, postremo abiectis armis in praecipitem fugam effunduntur.
19 Bargylias petentes fugerunt; eodem et Dinocrates perfugit. Rhodii quantum diei superfuit secuti receperunt sese in castra. satis constat, si confestim victores Stratoniceam petissent, recipi
20 eam urbem sine certamine potuisse. praetermissa eius rei occasio est, dum in castellis vicisque recipiendis Peraeae tempus teritur.
21 interim animi eorum, qui Stratoniceam praesidio obtinebant, confirmati sunt. mox et Dinocrates cum iis, quae proelio super-
22 fuerant, copiis intravit muros. nequiquam inde obsessa oppugnataque urbs est, nec recipi nisi aliquanto post per Antiochum potuit. haec in Thessalia, haec in Achaia, haec in Asia per eosdem dies ferme gesta.

war; diese ist entweder ausgefallen, oder *et* verdorben, *M* nach Madvig. — *usque dum*, so lange bis, s. Cic. Att. 15, 23: *quousque? inquies quoad erit integrum; erit autem usque dum ad navem* (*ibimus*); u. a. — *ordines*, auch dazu gehört dem Sinne nach *constabat*, vgl. 22, 47, 4; das Prädicat hat sich wie § 14 an das letzte Nomen angeschlossen. — *velut stip.*, s. 32, 17, 13, *velut* hat wol L. hinzugesetzt, da die Macedonier, wenn auch in kleinerer Zahl, nach § 18 eine Phalanx bildeten, s. 32, 17, 11. — *laevo l. n.*, auch hier nimmt L. auf die media acies, welche er § 9 u. 11 voraussetzt, keine Rücksicht, s. c. 9, 4; nach der Flucht des linken Flügels kommen die Feinde dem rechten sogleich in die Flanke (*ex transverso*). — *circumag.*, s. c. 9, 10. — *vertunt*, was schon wegen der grösseren Zahl der Achäer nicht auffallen kann. — *fugam* - *fuger.* - *perfugit*, s. 22, 28, 10; *fugam*, aus der Schlacht; *fugerunt*, der Rückzug in das ziemlich weit von Alabanda entfernte Bargyliae, s. 32, 33, 6; Madvig hält *fugerunt* für unecht.

19–22. *Stratoniceam*, eine bedeutende Stadt Cariens von Antiochus Soter angelegt, über dieselbe sagen die Rhodier Polyb. 31, 7: *Στρατονίκειαν ἐλάβομεν ἐν μεγάλῃ χάριτι παρ᾽ Ἀντιόχου τοῦ Σελεύκου· καὶ παρὰ τούτων τῶν πόλεων ἀμφοτέρων* (die andere Stadt ist Caunus) *ἑκατὸν καὶ εἴκοσι τάλαντα τῷ δήμῳ πρόσοδος ἐπίπτε καθ᾽ ἕκαστον ἔτος.* — *dum* giebt mehr den Grund an, s. praef. 2; 31, 14, 6; 34, 46, 13. — *qui* - *obtineb.* Umschreibung der Besatzung: durch ihren Schutz, ihre Bedeckung behaupteten, 36, 19, 7; 1, 6, 1: *in arcem praesidio armisque obtinendam*; sonst *praesidio esse*, anders ist *praesidiis* § 9 gebraucht. — *pr. superf.*, s. 31, 41, 3. — *per Antioch.*, nach Valerius Antias, s. c. 30, 11, vgl. 45, 23, 1: *praemia*, hätten nach Beendigung des Krieges die Römer Stratonicea den Rhodiern geschenkt; Polyb. hat, wenn anders an der oben ang. Stelle *Ἀντιόχου τοῦ Σελεύκου* richtig ist (Andere lesen *καὶ Σελεύκου*, s. Droysen Gesch. des Hellenism. 2, 364) berichtet, dass Antiochus der Grosse

Philippus cum audisset Dardanos transgressos finis ab con- 19
temptu concussi tum regni superiora Macedoniae evastare, quam- 2
quam toto prope orbe terrarum, undique se suosque exigente
fortuna, urgebatur, tamen morte tristius ratus Macedoniae etiam 3
possessione pelli dilectu raptim per urbes Macedonum habito cum
sex milibus peditum et D equitibus circa Stobos Paeoniae impro-
viso hostes oppressit. magna multitudo hominum in proelio, 4
maior cupidine praedandi palata per agros caesa est. quibus fuga
in expedito fuit ne temptato quidem casu pugnae in finis suos
redierunt. ea una expeditione non pro reliquo statu fortunae 5
facta refectis suorum animis Thessalonicam sese recepit.

Non tam in tempore Punicum bellum terminatum erat, ne 6
simul et cum Philippo foret bellandum, quam opportune iam An-
tiocho ex Syria movente bellum Philippus est superatus: nam 7
praeterquam quod facilius cum singulis, quam si in unum ambo
simul contulissent vires, bellatum est, Hispania quoque sub idem

später die Stadt denselben freiwillig überlassen habe; 37, 56, 5f. u. 38, 39, 11 wird sie nicht besonders genannt.

19. Unternehmungen Philipps, der Hispanier und des Königs Antiochus.

1–5. *Dardanos*, s. 31, 28, 1. — *se suosque* ist auf das Subject des Hauptsatzes, obgleich logisch bei dem abl. abs. ein anderes eintritt, bezogen, wie sonst, wenn die Thätigkeiten des verb. finit. und des abl. abs. von gleichem Subjecte ausgehen, wie c. 26, 3; 34, 52, 2; 35, 46, 9 u. a. — *dilectu*, vgl. c. 3, 4. — *sex mil.*, der Rest des geschlagenen Heeres war weit grösser, s. c. 10, 7. — *Stobos P.*, die wichtigste Stadt dieses Landstriches, wahrscheinlich am Erigon, über den westlich bis nach Illyrien, s. 31, 39, 4, so wie östlich bis an den Strymon, in dem ganzen Norden Macedoniens hin, sich Paeonien erstreckte, vgl. 39, 53, 15: *Paeoniae ea regio (Deuriopus) est, prope Erigonum fluvium – haud procul Stobis, vetere urbe*, vgl. 40, 23, 2; 45, 29, 8. — *in expedito*, s. Curt. 3, 3, 21; L. 36, 16, 10: *in expedito habere*, vgl. c. 8, 11: *in tuto*, praef. 3. — *non p. r. s.*, nicht im Verhältniss zu, nicht wie die Lage Ph's im Uebrigen, da diese so misslich war, erwarten liess. — *Thessalon.*, s. 45, 30.

6–7. *in tempore* als Adverbialbegriff hat *tam*, vgl. 27, 10, 10, *quam opportune* im Folg. entsprechend; zur Sache s. 30, 40, 6. — *ne*, und so verhütet wurde, dass u. s. w. — *foret p.*, bedingt für die Zeit, in welcher der Krieg beendigt wurde. — *movente*, c. 44, 4. — *quam si* etc. kurz st. *quam cum ambobus bellatum esset, si* etc. — *simul* würde man neben *in unum contul.*, s. 32, 30, 2, vgl. 5, 20, 1; 7, 34, 13; 4, 43, 11 u. a. nicht vermissen; es soll nur den schon angedeuteten Begriff steigern, wie *ambo* gegenübersteht *singulis*. — *Hisp. quoq.* fügt etwas locker, viell. von L. zu der Erzählung des Polyb. zugesetzt, ein neues Moment an für das *opportune terminatum*; der Zusammenhang ist: ausserdem, dass man, wäre Philipp nicht besiegt worden, genöthigt gewesen wäre mit den beiden Königen zusammen Krieg zu führen, hätte auch das gerade jetzt sich empörende Spanien

8 tempus magno tumultu ad bellum consurrexit. Antiochus cum priore aestate omnibus, quae in Coele Syria sunt, civitatibus ex Ptolomaei dicione in suam potestatem redactis in hiberna Antiocheam concessisset, nihilo quietiora ea ipsis aestivis habuit.
9 omnibus enim regni viribus conixus cum ingentis copias terrestris maritimasque comparasset, principio veris praemissis terra cum
10 exercitu filiis duobus, Ardye ac Mithridate, iussisque Sardibus se opperiri ipse cum classe centum tectarum navium ad hoc levio-
11 ribus navigiis cercurisque ac lembis ducentis proficiscitur, simul per omnem oram Ciliciae Lyciaeque et Cariae temptaturus urbes, quae in dicione Ptolomaei essent, simul Philippum — necdum enim debellatum erat — exercitu navibusque adiuturus.

20 Multa egregie Rhodii pro fide erga populum Romanum pro-

niedergehalten werden müssen. Der letzte Umstand liess also den Sieg noch mehr als zu rechter Zeit erfolgt erscheinen, denn dieses, oder: ohne dieses wäre der Krieg gefährlicher gewesen, ist der beiden Sätzen gemeinschaftliche Gedanke, in dem die durch das Hinzutreten des zweiten Ereignisses gesteigerte Gefahr ausgedrückt wird, s. 29, 1, 21; 3, 36, 6 u. a.

8–9. *priore aest.*, vor der Schlacht bei Cynoscephalae; wahrscheinlich hatten ihn die Römer durch geschickte Verhandlungen abgehalten, Philipp zu unterstützen, s. c. 20, 9; 32, 27, 1; erst jetzt, s. § 11, erkennt er die Gefahr und will das Versäumte wieder gut machen. — *Coele Syria*, s. 42, 29, 5, zunächst das Thal zwischen Libanus und Antilibanus, dann auch das Land von da bis an die Grenze Aegyptens, Iudaea und Phönicien. Dieses hatte nach der Schlacht bei Ipsus zu dem Reiche des Seleucus gehört, war aber schon von Ptolemaeus Philadelphus erobert und von 280 a. Ch. bis 218 mit wenigen Unterbrechungen von Aegypten behauptet worden. Nach einem misslungenen Versuche es wiederzugewinnen 218-217 nimmt es Antiochus wahrscheinlich schon 201, s. Iustin. 31, 1, ein, und vollendet etwa 198 die Eroberung, nachdem er bei Panion das ägyptische Heer unter Scopas, s. 31, 43; Polyb. 16, 3, 18 f.; 28, 1; 17, geschlagen hat; jetzt hofft er seinen Verbündeten noch zu rechter Zeit Hülfe bringen zu können, s. zu 31, 14, 3; ib. 16, 4. — *nihilo q.*, s. 21, 57, 5. — *principio v.*, in dem Phil. geschlagen wurde. — *Ardye*, der Name findet sich auch Polyb. 5, 53; 60.

10–11. *lembis*, 24, 40, 2, sie scheinen, da sie nach den *cercuri* (Rutter, s. 23, 34, 4) genannt werden, kleiner als diese gewesen zu sein, etwa Felucken, vgl. 34, 26, 11. — *simul - simul*, obgleich beides zu gleicher Zeit beabsichtigt ist, kann doch das zweite erst später eintreten. — *Ciciliae* etc., die Südküste Kleinasiens, die wahrscheinlich auch von Ptolemaeus Philadelphus, s. Theocrit. 17, 88 ff.; Kuhn 2, 120, erobert war, auf der jedoch auch die Rhodier schon lange Besitzungen haben und Philipp jetzt mehrere Städte besetzt hatte, s. c. 18; 32, 33, 6.

20. Die Rhodier und Antiochus.

1–3. *egregie*, soll wie § 2: *magnificentius*, s. c. 25, 1; 42, 62, 6, die Handlungsweise, in der sich die edle Gesinnung ausdrückte, bezeichnen, vgl. 4, 26, 7: *honoribus egregie usus*; 9, 26, 20; 24, 42, 2 u. a., über das Adverb. s. 27, 28, 3; ib.

que universo nomine Graecorum terra marique ausi sunt, nihil 2
magnificentius, quam quod ea tempestate, non territi tanta mole
inminentis belli, legatos ad regem miserunt, ne Chelidonias —
promunturium Ciliciae est, inclutum foedere antiquo Athenien-
sium cum regibus Persarum — superaret: si eo fine non conti-
neret classem copiasque suas, se obviam ituros, non ab odio ullo, 3
sed ne coniungi eum Philippo paterentur et inpedimento esse
Romanis liberantibus Graeciam. Coracesium eo tempore Antio- 4
chus operibus oppugnabat, Zephyrio et Solis et Aphrodisiade et
Coryco et superato Anemurio — promunturium id quoque Cili-
ciae est —, Selinunte recepto, omnibus his aliisque eius orae ca- 5

48, 11. Andere lesen *egregia*, vgl. 34, 16, 1. — *pro fide*, wahrscheinlich beabsichtigten die Rhodier mehr, dass Antiochus ebenso wenig als Philipp. in Kleinasien mächtig werde. *pro* ist an der ersten Stelle anders zu nehmen als an der zweiten. — *magnific.*, die liberale, grossherzige Gesinnung, *μεγαλοπρέπεια* im Gegensatze zu dem *parvus animus*. — *inmin. b.*, s. 6, 19, 1. — *Chelidonias*, die Inselgruppe an der östlichen Südspitze Lyciens, welche L. statt des in der Nähe liegenden heiligen oder chelidonischen Vorgebirges nennt, s. c. 41, 6; Strabo 14, 3, 8: *εἶθ' Ἱερὰ ἄκρα καὶ αἱ Χελιδόνιαι τρεῖς νῆσοι τραχεῖαι* etc., Ritter 2, 743. — *inclut. foed. ant. Ath.*, nicht als ob dieses Bündniss dort geschlossen worden wäre, sondern das Vorgebirge war nur in demselben genannt. Es ist der bestrittene cimonische Friede vom J. 449 v. Ch. gemeint, welcher aus den griechischen Rednern bekannt ist, vgl. Diod. 12, 4: *μηδὲ ναῦν μακρὰν πλεῖν ἐντὸς Φασηλίδος καὶ Κυανέων*, von wo aus gerade südlich die Chelidoniae lagen, vgl. Plut. Cim. 13: *ἔνδον δὲ Κυανέων καὶ Χελιδονίων μακρᾷ νηὶ μὴ πλέειν*, Hermann Lehrb. der griech. Staatsalterthümer § 37, 7 p. 134; L. hat die Bemerkung wol Polyb. entlehnt, Nissen 72. — *regib.*, Artaxerxes. — *eo fine cont.*, s. 31, 26, 6. — *odio* etc., nach Polyb. 18, 24: *κωλύειν τὸν Ἀντίοχον παραπλεῖν, οὐκ ἀπεχθείας χάριν, ἀλλ' ὑφορώμενοι μὴ Φιλίππῳ συνεπισχύσας ἐμπόδιον γένηται τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας*, Nissen 63. — *coniungi*, sich – lassen.

4.–9. *Coraces.* auf einem steilen Vorgebirge eines Isthmus der Cilicia trachea, westlich von den im Folg. erwähnten, an derselben Küste gelegenen Städten. — *Zephyr.*, hier nicht das Vorgebirge in der Nähe von Aphrodisias, s. zu 38, 38, 9, sondern die Stadt, etwas östlich von *Soli*. — *Coryc.*, zwischen Aphrodis. u. Soli, sollte unmittelbar nach dem letzteren erwähnt sein. — *super. Anemur.*, untergeordnete Bestimmung zu *Selinunt. rec.*, wie § 10 *nuntio acc.* zu *dempto metu*; das *Anemurium* ist die äusserste Südspitze des rauhen Ciliciens und der dort auslaufenden Tauruskette, s. Strabo 14, 5 p. 669: Ritter Kleinasien 2, 389: 398; 382; 412 u. a. — *quoque* ist viell. gesagt, weil auch einige der vorher genannten Städte an Vorgebirgen lagen, oder weniger genau auf dieselben bezogen, weil sie auch in Cilic. liegen. — *Selinunte*, nordwestlich vom Anemurium, der Name ist wie ähnliche, s. Cic. de har. resp. 13, 28: *Pessinuntem ipsum* als masc. gebraucht, wie regelmässig die Städtenamen, welche im Griechischen dieses Genus haben; vgl. Verg. Aen. 3, 705: *palmosa Selinus.* Alle diese Küstenstädte waren bisher im Besitze der

stellis aut metu aut voluntate sine certamine in dicionem accep-
6 tis Coracesium praeter spem clausis portis tenebat eum. ibi legati
Rhodiorum auditi. et quamquam ea legatio erat, quae accendere
7 regium animum posset, temperavit irae et legatos se Rhodum
missurum respondit iisque mandaturum, ut renovarent vetusta
iura cum ea civitate sua maiorumque suorum et vetarent eos
pertimescere adventum regis, nihil aut iis aut sociis eorum no-
8 xiae futurum fraudive: nam Romanorum amicitiam se non viola-
turum, argumento et suam recentem ad eos legationem esse et
9 senatus honorifica in se decreta responsaque. tum forte legati re-
dierant ab Roma comiter auditi dimissique, ut tempus postula-
10 bat, incerto adhuc adversus Philippum eventu belli. cum haec
legati regis in contione Rhodiorum agerent, nuntius venit debel-
latum ad Cynoscephalas esse. hoc nuntio accepto Rhodii dempto
metu a Philippo omiserunt consilium obviam eundi classe Antio-
11 cho; illam alteram curam non omiserunt tuendae libertatis civi-
tatum sociarum Ptolomaei, quibus bellum ab Antiocho immine-
12 bat. nam alias auxiliis iuverunt, alias providendo ac praemonendo
conatus hostis, causaque libertatis fuerunt Cauniis Myndiis Hali-
13 carnassensibus Samiisque. non operae est persequi, ut quaeque

Ptolemäer gewesen. — *in dicionem ac.*, s. 38, 31, 6: *ad urbem Lacedaemonem in fidem dicionemque populi R. accipiendam*; 21, 61, 7: *in ius dicionemque recepit*, vgl. oben c. 19, 8; doch sagt L. gewöhnlich *in deditionem accipere*, s. 8, 12, 6; ib. 15, 2 u. a., vgl. 1, 38, 2. — *iura*, die Verbindung durch Verträge und Freundschaft zwischen Staaten, s. 45, 20, 6: *hospitale ius*; sonst mehr von Privatverhältnissen gebraucht, s. 1, 34, 12: *familiaris amicitiae iura*; 24, 5, 9: *familiaria iura*; 25, 18, 5; anders c. 40, 6; 38, 13, 2: *antiqua iura*. — *cum*, s. 9, 1, 8; 28, 17, 8: *fidem cum hoste*. — *maior suor.*, der Staat war mit Antigonus und Seleucus, s. Polyb. 5, 89, verbunden gewesen, die Belagerung durch Demetrius wird übergangen. — *vetar.*, s. 1, 53, 10: *vetant mirari*. — *noxiae*, s. 34, 19, 5, zu 8, 18, 4, vgl. 41, 23, 14: *sine ullius noxia*. — *fraudive*, wesentlich von *noxia* nicht verschieden, s. 31, 32, 4. — *decreta resp.*, die im Folg. erwähnten, vgl. 32, 8, 14. — *auditi* = *qui aud. fuerant*. — *incerto*, also im Winter oder Frühling des Jahres.

10–13. *legati*, nicht die von Rom gekommenen, sondern vom König geschickte, vgl. § 7. — *illam alt.*, Sall. I. 16, 5; 13, 1 u. a. — *tuend. lib.*, Epexegese zu *illam*. — *causaq. lib.* fast gleich *auctores lib.*, 32, 30, 12. — *Cauniis*, s. die Stelle aus Polyb. zu c. 18, 19, wo es weiter heisst: *Καῦνον δήπου διακοσίων ταλάντων ἐξηγοράσαμεν* (die Rhodier) *παρὰ τῶν Πτολεμαίου στρατηγῶν*, man weiss nicht in welcher Zeit, s. 45, 25, vgl. Diod. 20, 27. Die Stadt lag an dem Canal, der den Kaigez-See mit dem Meere verbindet, Ritter 2, 92f. — *Mynd. Hal.*, dorische Colonien an der karischen Küste. — *Samiis*, die Insel war von Ptolemaeus Euergetes erobert, und seit dieser Zeit, bis sie nach Philopators Tode Philipp besetzte, s. Polyb. 3, 2, 8; Appian. Maced. 4, Ae-

acta in his locis sint, cum ad ea, quae propria Romani belli sunt, vix sufficiam.

Eodem tempore Attalus rex aeger ab Thebis Pergamum ad- 21
vectus moritur altero et septuagensimo anno, cum IIII et XL an-
nos regnasset. huic viro praeter divitias nihil ad spem regni for- 2
tuna dederat. iis simul prudenter, simul magnifice utendo effecit,
primum, ut sibi, deinde, ut aliis non indignus videretur regno.
victis deinde proelio uno Gallis, quae tum gens recenti adventu 3
terribilior Asiae erat, regium adscivit nomen, cuius magnitudini
semper animum aequavit. summa iustitia suos rexit, unicam 4
fidem sociis praestitit, comis uxori ac liberis — quattuor super- 5

gypten unterthan gewesen. Indem die Rhodier verhüten, dass sie unter syrische Herrschaft kommt, bewirken sie, dass die Insel frei wird, da Phil. dieselbe natürlich aufgeben muss und Aegypten sie nicht wiederbekommt. — *operae e.*, 21, 9, 3. — *propria*, ganz, eigentlich angehörend, gehörend zu, wie *suo proprio bello* 27, 38, 7 u. a.; oft braucht L. *proprie*, wie Andere auch a. u. St. lesen. Den hier ausgesprochenen Grundsatz berührt L. auch 39, 48, 6: *statui non ultra attingere externa, nisi qua Romanis cohaerent rebus*, vgl. 35, 40, 1; 41, 25, 8; so übergeht L. das, was Polyb. weiter über die Unternehmungen des Antiochus im J. 557 berichtet hatte, setzt es aber zum Theil c. 38, 1 als bekannt voraus. — *sufficiam*, 36, 45, 2: *quoad sufficere remiges potuerunt*; 29, 16, 2 u. a.

21, 1–5. Tod des Königs Attalus. Polyb. 18, 24.

1–2. *ab Theb.*, s. c. 1. — *IIII et XL*, unter denen auch die 11 oder 12 Jahre enthalten sind, die er vor Annahme des Königstitels regierte. — *ad spem*, s. 1, 49, 3. — *praeter div.*, ebenso Polyb.; indess war schon Philetaerus 284 v. Ch. von Lysimachus abgefallen, hatte in Pergamon eine gewisse Unabhängigkeit auch den syrischen Königen gegenüber behauptet, und dem Eumenes, seines Bruders Sohn, die Regierung überlassen, von welchem dieselbe an Attalus, den Sohn eines zweiten Bruders des Philetaerus, übergegangen war. — *magnif.*, c. 20, 1. — *ut sibi* etc., der Nachdruck liegt nach dem Folg. auf *videretur*; einfacher Polyb.: *πρὸς οὐδὲν τῶν ἄλλων ἐπεβάλετο χρῆσθαι τοῖς χορηγίοις, ἀλλὰ πρὸς βασιλείας κατάκτησιν.*

3–5. *uno*: in einem entscheidenden, so dass ein zweites nicht nöthig war; Strabo 13, 4, 2 p. 624: *μάχῃ μεγάλῃ*; Polyb. nur: *νικήσας μάχῃ Γαλάτας*; im Jahr 240 oder 241 a. Ch., vgl. 38, 16, 14; ib. 17, 15 *Attalus eos rex saepe fudit fugavitque.* — *recenti* ist relativ, die Gallier waren schon seit 279 a. Ch., s. 38, 16, in Asien; Polyb.: *ὃ βαρύτατον ἔθνος ἦν τότε κατὰ τὴν Ἀσίαν.* — *regium a. n.*, s. 42, 5, 6: *originem novi regni*; 45, 19, 9; Polyb.: *τότε πρῶτον αὑτὸν ἔδειξε βασιλέα.* — *magnitud.*, er erhob seinen Geist zu der Grösse, Erhabenheit, der Ausdruck ist mehr dichterisch, vgl. 9, 10, 3; dagegen 35, 43, 1: *qui genus ac fortunam suam animis non aequant*; es liegt der 27, 19, 5 ausgesprochene Gedanke zu Grunde: *regium nomen alibi magnum – si id in hominis ingenio amplissimum ducerent*, 32, 34, 3; Pol. nach den WW. § 2: *οὐ μεῖζον ἢ κάλλιον οὐδὲν οἷόν τ' ἐστιν οὐδ' εἰπεῖν.* — *suos*, die Unterthanen. — *sociis*, besonders die Römer. — *uxori*, Strabo l. l.: *κατέλι-*

stites habuit —, mitis ac munificus amicis fuit; regnum adeo stabile ac firmum reliquit, ut ad tertiam stirpem possessio eius descenderet.

6 Cum hic status rerum in Asia Graeciaque et Macedonia esset, vixdum terminato cum Philippo bello, pace certe nondum
7 perpetrata, ingens in Hispania ulteriore coortum est bellum. M. Helvius eam provinciam obtinebat. is litteris senatum certiorem
8 fecit Culcham et Luxinium regulos in armis esse, cum Culcha xvii oppida, cum Luxinio validas urbes Carmonem et Baldonem, in maritima ora Malacinos Sexetanosque et Baeturiam omnem, et quae nondum animos nudaverant, ad finitimorum motus con-
9 surrectura. his litteris a M. Sergio praetore, cuius iurisdictio inter civis et peregrinos erat, recitatis decreverunt patres, ut comitiis praetorum perfectis, cui praetori provincia Hispania obvenisset, is primo quoque tempore de bello Hispaniae ad senatum referret.

πε δὲ τέτταρας υἱοὺς ἐξ Ἀπολλωνίδος Κυζικηνῆς γυναικός, Εὐμένη Ἄτταλον Φιλέταιρον Ἀθήναιον; Polyb. 23, 18 preist dieselbe als eine ausgezeichnete Frau. — *quattuor*, s. 42, 55, 7. — *tert. stirp.*, Polyb. *παισὶ παίδων*, es folgte ihm sein Sohn Eumenes, dann dessen Sohn Attalus, für den aber sein Oheim Attalus, s. 42, 16; 55; 45, 19, 2, 21 Jahre bis zu seinem Tode 138 a. Ch. die Vormundschaft führte.

21, 6–9. Verhältnisse in Spanien.

6–8. *perpetrata p*, wie *perpetrare bellum* 24, 45, 8 u. a.; 24, 11, 1: *perpetratis, quae ad pacem deum pertinebant*, 27, 43, 7; sonst findet sich bisweilen *patrare pacem*, s. 40, 52, 5; 44, 25, 6. — *ulter.*, s. 32, 28, 11. — *Helvius*, s. 32, 27. — *Culcham*, 28, 13, 3. — *oppida* wie an der ang. St., vgl. 32, 29, 8. — *Carmon.*, s. Orelli-Henzen CIL. n. 5210, j. Carmone in Andalusien, nördlich von Sevilla; *Baldon.* scheint sonst nicht bekannt zu sein; vgl. Strabo 3, 2, 2 p. 141: *Κάρμων καὶ Ὀβούλκων*. — *Malacinos*, die Bewohner von Malaga, wol von dem Landstrich, die Bewohner der Stadt heissen in dem neulich gefundenen Stadtrecht derselben *Malacitani*. — *Sexetani*, s. Strabo 3, 4, 2 p. 156: *ἡ δὲ Μάλακα πλησίον μᾶλλον, Φοινικικὴ τῷ σχήματι. ἐφεξῆς δ' ἐστὶν ἡ τῶν Ἐξιτανῶν πόλις, ἐξ ἧς καὶ τὰ ταρίχη ἐπωνύμως λέγεται*. — *Baeturia*, s. 39, 30, 1, zwischen dem Anas und dem Mons Marianus. — *et quae*, und was sonst noch; die übrigen Gegenden und ihre Bewohner, s. 31, 7, 12. — *nudaverant*, s. 34, 24, 7. Ob zu *in maritima-omnem* als Prädikat *in armis esse* oder *consurrectura* zu nehmen sei, lässt sich nicht sicher erkennen.

9. *cuius-erat*, nach 32, 28, 2; ib. 31, 6 war Sergius *praetor urbanus*, der auch sonst, wie L. selbst oft bemerkt, die Geschäfte der Consuln in deren Abwesenheit besorgt, s. Lange 2, 336. Ob der Irrthum aus der Quelle Ls' od. von ihm selbst herrühre, od. ein Glossem vorliege (in der Bamb. Hs. fehlt *erat*), ist nicht sicher zu entscheiden. Gronov wollte *et peregrinos* tilgen; doch wäre dann der Ausdruck ungewöhnlich. — *referret*, nur selten wird (den praetor

Sub idem tempus consules Romam venerunt; quibus in aede 22
Bellonae senatum habentibus postulantibusque triumphum ob
res prospere bello gestas C. Atinius Labeo et C. Afranius tribuni 2
plebis, ut separatim de triumpho agerent consules, postularunt:
communem se relationem de ea re fieri non passuros, ne par
honos in dispari merito esset. cum Q. Minucius utrique Italiam 3
provinciam obtigisse diceret, communi animo consilioque se et
collegam res gessisse, et C. Cornelius adiceret Boios adversus se 4
transgredientis Padum, ut Insubribus Cenomanisque auxilio es-
sent, depopulante vicos eorum atque agros collega ad sua tuenda
aversos esse, tribuni res tantas bello gessisse C. Cornelium fateri, 5
ut non magis de triumpho eius quam de honore diis inmortalibus
habendo dubitari possit: non tamen nec illum nec quemquam 6
alium civem tantum gratia atque opibus valuisse, ut, cum sibi
meritum triumphum inpetrasset, collegae eundem honorem in-
meritum inpudenter petenti daret. Q. Minucium in Liguribus 7
levia proelia, vix digna dictu, fecisse, in Gallia magnum numerum
militum amisisse, nominabant etiam tribunos militum; T. Iuven- 8

urb. in dem eben erwähnten Falle ausgenommen) berichtet, dass die Prätoren das *ius referendi*, obgleich es ihnen zustand, s. 45, 21, 4, ausgeübt haben, besonders geht die *relatio* über die Provinzen u. Heere in der Regel von den Consuln aus. Im vorlieg. Falle müsste der Prätor in Folge des besonderen ihm vom Senate ertheilten Auftrages die *relatio* übernommen haben, s. 42, 21, 8. Indess wird c. 25; 26 eine Abweichung von dem gewöhnlichen Verfahren nicht erwähnt; viell. war daher der Sinn der Quelle, welcher L. hier folgt: der Prätor solle, wenn die Consuln die Sache zur Berathung brächten, seine Anträge stellen.

22–23. Verhandlungen über den Triumph der Consuln Cornelius und Minucius.

1–5. *consules*, s. 32, 31. — *Bellonae*, 26, 21. — *separatim*, im Gegensatz zu *communem*, s. 26, 26, 5; ib. 28, 1. — *Italiam*, s. 32, 28, 9. — *transgred.* = *cum iam transgrederentur*, oder als Conatus zu nehmen; 32, 30, 1 dagegen heisst es: *Boiorum exercitus traiecerat Padum.* — *vicos*, 32, 30, 6. — *de hon. d. i. h.*, nicht die bereits 32, 31, 6 gehaltene Supplicatio, welche sonst gewöhnlich Anwartschaft auf den Triumph giebt, s. Cic. Fam. 15, 5, 2; sondern der Triumph selbst war ursprünglich ein Dankfest für die Götter gewesen und konnte wegen der Opfer und Geschenke, die denselben immer dabei gebracht wurden, auch später als solches betrachtet werden, s. 45, 39, 9: *non homines tantum, sed deos etiam suo honore fraudaturi. diis quoque enim, non solum hominibus debetur. — pars non minima triumphi est victimae praecedentes, ut appareat dis grates agentem imperatorem ob rem publicam bene gestam redire*, vgl. 26, 21, 3; 37, 59, 1; 39, 4, 2.

6–10. *illum* u. *Cornelium*, dazu muss wol aus *valuisse* genommen werden *valere* oder *valere posse.* — *in Gallia* etc., dieses ist 32, 30f. nicht erwähnt. — *nomin.*, sie machten namhaft, s. c. 31, 2; 1, 32, 6 u. a.; aus *nominab.* ist zu dem Folg. *dicebant* zu denken, vgl. 40, 9, 2:

tium Cn. Ligurium legionis quartae adversa pugna cum multis
9 aliis viris fortibus, civibus ac sociis cecidisse. oppidorum pau-
corum ac vicorum falsas et in tempus simulatas sine ullo pignore
10 deditiones factas esse. hae inter consules tribunosque alter-
cationes biduum tenuerunt, victique perseverantia tribunorum
23 consules separatim rettulerunt. C. Cornelio omnium consensu
decretus triumphus. et Placentini Cremonensesque addiderunt
favorem consuli, gratias agentes commemorantesque, obsidione
2 sese ab eo liberatos, plerique etiam, cum apud hostes essent,
3 servitute exemptos. Q. Minucius temptata tantum relatione, cum
adversum omnem senatum videret, in monte Albano se trium-
phaturum et iure imperi consularis et multorum clarorum viro-
4 rum exemplo dixit. C. Cornelius de Insubribus Cenomanisque in
magistratu triumphavit. multa signa militaria tulit, multa Gallica
5 spolia captivis carpentis transvexit, multi nobiles Galli ante
currum ducti, inter quos quidam Hamilcarem ducem Poenorum
6 fuisse auctores sunt; ceterum magis in se convertit oculos Cre-
monensium Placentinorumque colonorum turba, pilleatorum
7 currum sequentium. aeris tulit in triumpho $\overline{\text{ccxxxvii}}$ d argenti
bigati $\overline{\text{lxxviiii}}$. septuageni aeris militibus divisi, duplex equiti

appellant etc. — *Ligurium,* die gens Liguria erwähnt noch Cic. Fam. 16, 18, 3; Att. 11, 9, 2 u. a. — *oppidor.*, 32, 29, 8. — *pignore*, sie haben keine Geiseln gestellt, vgl. 28, 34, 9; 43, 10, 3. — *persev.*, s. 4, 42, 4; 7, 18, 9.

23. 1–2. *addider.*, in Rücksicht auf die Gunst, die er im Senate gefunden hatte, 24, 31, 6. — *obsid. lib.* ist 32, 30 nicht erwähnt, dagegen 31, 21, 18; eine Andeutung, dass der an dieser Stelle und der 32, 30 erwähnte Krieg nicht verschieden seien, s. zu 32, 30, 10; Nissen 139. — *servitut.*, vgl. 32, 26, 3. — *exempt.* n. *se esse.*

3. *temptata*, s. 28, 38, 4. — *in monte Alb.*, s. Schwegler 2, 347. — *iure imper. c.*, schon durch das imperium cons. sei er dazu berechtigt, bedürfe dazu nicht die Genehmigung des Senates, sowie auch die Tribunen keine Einsprache erheben konnten, wie gegen die, welche in der Stadt triumphiren wollten; 3, 63, 8; Mommsen Forsch. 1, 214. — *multor.*, L. selbst hat nur wenige erwähnt, s. 26, 21, 6, vgl. 42, 21, 7; Plin. 15, 29, 126: *L. Piso tradit Papirium Masonem, qui primus in monte Albano triumphavit de Corsis* etc. — *clarorum viror.*, 45, 38, 4: *multi – etiam in monte Albano triumpharunt.*

4–7. *Cenomanisq.*, weil diese wenigstens sich unterworfen haben, s. 32, 30. — *in mag.*, s. 31, 49, 2. — *captivis*, 21, 33, 1. — *quidam* etc., L. meint wol denselben Gewährsmann, dem er 32, 30 gefolgt ist. — *pilleator.* gehört zu *sequentium*, vgl. 27, 34, 3; 32, 38, 7; zur Sache s. 34, 52, 12, vgl. 30, 45, 5. — *aeris* etc., s. 31, 49, 2. — *arg. bigati* = *denarium*, 23, 15, 15. — *septuag.*, wie Plin. 33, 11, 141 7 Denare, vgl. c. 37, 12; noch geringer ist die Summe 28, 9, 17; s. dagegen 34, 46, 3; 30, 45, 3. — *duplex eq. c.*, ebenso erhalten beide Classen gleichen Theil c. 37, 12; 10, 46, 15, vgl. 4, 34, 4; gewöhnlich der Centurio das Doppelte, der Ritter das

centurionique. Q. Minucius consul de Liguribus Boisque Gallis 8 in monte Albano triumphavit. is triumphus ut loco et fama rerum gestarum, et quod sumptum non erogatum ex aerario omnes sciebant, inhonoratior fuit, ita signis carpentisque et spoliis ferme aequabat. pecuniae etiam par prope summa fuit: 9 aeris tralata CCLIIII, argenti bigati LIII et ducenti. militibus centurionibusque et equitibus idem in singulos datum, quod dederat collega.

Secundum triumphum consularia comitia habita. creati 24 consules L. Furius Purpurio et M. Claudius Marcellus. praetores 2 postero die facti Q. Fabius Buteo Ti. Sempronius Longus Q. Minucius Thermus M'. Acilius Glabrio L. Apustius Fullo C. Laelius.

inde provincias sortiti sunt, L. Aurunculeius urbanam, Cn. Ful-
vius peregrinam, L. Aemilius Regillus classem, P. Iunius Brutus
Tuscos, M. Tuccius Apuliam et Bruttios, C. Atinius Siciliam.
consuli deinde, cui Graecia provincia decreta erat, ad eum exer- 2
citum, quem a M'. Acilio — duae autem legiones erant — accep-
turus esset, in supplementum addita peditum civium Romano-
rum tria milia, equites centum, et socium Latini nominis quinque
milia, equites ducenti; et adiectum, ut, cum in provinciam ve- 3
nisset, si e re publica videretur esse, exercitum in Asiam traice-
ret. alteri consuli totus novus exercitus decretus, duae legiones 4
Romanae et socium Latini nominis quindecim milia peditum,
equites sexcenti. exercitum ex Liguribus Q. Minucius — iam 5

neu. — *vetust. exempl.*, Beispiele, die wegen der langen Zeit fast vergessen sind, s. 27, 8, 9: *exoletis vetustate — exemplis;* der Genitiv entspricht *nova.* — *relata*, wieder vorgebracht, c. 6, 7; 26, 19, 7; 38, 51, 1; Andere nehmen es von dem im Senate gestellten Antrage. Ein ähnlicher Fall ist seit 8, 16, 5, vgl. 10, 24; 3, 2, nur Perioch. XI erwähnt. — *expect.* — *er.*, 36, 34, 8. — *ei* ist wahrscheinlich ausgefallen, s. 38, 58, 8: *cui — legatus in Asiam iret;* Val. Max. 5, 5, 1; in der Perioch. *legatum fratris*, vgl. ib. XI; Appian. l. l. ὃς (Λεύκιος Σκιπίων) τότε αὐτοῖς ὕπατος ἦν, ἀπράκτῳ δ' ὄντι καὶ ἀπειροπολέμῳ σύμβουλον αἱροῦνται Πόπλιον Σκιπίωνα; anders erzählt den Hergang Cic. Phil. 11, 7, 17: *nam extraordinarium imperium populare ac ventosum est, minime nostrae gravitatis. — bello Antiochino — cum L. Scipioni provincia Asia obvenisset, parumque in eo putaretur esse animi, parum roboris, senatusque ad collegam eius, C. Laelium — negotium deferret, surrexit P. Africanus — et illam ignominiam a familia deprecatus est dixitque, et — neque se ei legatum defuturum. quod cum esset ab eo dictum nihil est de Scipionis provincia mutatum;* wieder anders pro Mur. 14, 32; Lange 2, 211. — *exper.*, vgl. Iust. l. l.

2. 1—4. *Tusc. Ap. Brutt.*, 35, 20, 10. — *Graec.*, c. 1, 7; 36, 1, 6. — *duae — erant*, die Erklärung ist nachträglich in den Relativsatz eingeschoben, wie L. auch sonst Parenthesen nicht immer zu dem Worte setzt, zu dem sie gehören, s. 36, 30, 4, zu. 33, 18, 9; 25, 16, 5. — *Lat. nom.* wie § 4; anders § 6; 9; über das Heer s. 36, 14, 1. — *si e r. vid.*, obgleich nach c. 1, 10 der Krieg bereits als beschlossen betrachtet wird.

5—6. *exerc.* — *Minuc.*, s. zu 36, 1, 9; ib. 37, 6; 38, 1; L. folgt hier, § 5 u. 6: *priore anno*, einer anderen

enim confectam provinciam scripserat et Ligurum omne nomen
in deditionem venisse — traducere in Boios et P. Cornelio pro-
6 consuli tradere iussus. ex agro, quo victos bello multaverat
Boios, deducendae urbanae legiones, quae priore anno conscri-
ptae erant, M. Tuccio praetori datae et socium ac Latini nominis
peditum quindecim milia et equites sexcenti ad Apuliam Bruttios-
7 que obtinendos. A. Cornelio superioris anni praetori, qui Brut-
tios cum exercitu obtinuerat, imperatum, si ita consuli videretur,
ut legiones in Aetoliam traiectas M'. Acilio traderet, si is manere
8 ibi vellet; si Acilius redire Romam mallet, ut A. Cornelius cum
eo exercitu in Aetolia remaneret. C. Atinium Labeonem provin-
ciam Siciliam exercitumque a M. Aemilio accipere placuit et in
supplementum scribere ex ipsa provincia, si vellet, peditum duo
9 milia et centum equites. P. Iunius Brutus in Tuscos exercitum
novum, legionem unam Romanam et decem milia socium ac La-
10 tini nominis scribere et quadringentos equites; L. Aemilius, cui
maritima provincia erat, viginti naves longas et socios navalis a

Quelle als 36, 1, 9. — *conf. prov.*, 28, 24, 7; 41, 12, 3 u. a. — *procons.*, nach dem Triumph, 36, 40, ist ihm das imperium verlängert worden. — *multav.*, 36, 39, 3. — *deduc.* — *datae*, s. zu 43, 7, 6; zu *ad Apul.* — *obtinend.* könnte aus *deduc.* genommen werden: *et ducendae*, auch sonst wird der Wechsel der Legionen öfter berichtet, s. 26, 28, 4; 27, 7, 9 u. a. Allein die an u. St. erwähnten Legionen sind vorher nicht in Gallien gewesen, wenn man nicht annehmen will, was wenig wahrscheinlich ist, dass sie nachdem kurz vorher die früheren Heere in Gallien entlassen sind, 36, 37, 6; ib. 39, 4; 40, 14, dorthin geführt worden seien. Dazu scheinen die Worte *ex agro* — *Boios* mehr auf etwas hinzudeuten, was Scipio im Lande der Boier thun soll, und die Verbindung jener Worte mit dem Folg. lässt, wenn auch die Subjecte oft rasch bei L. wechseln, s. 36, 31, 8; ib. 20, 3; 44, 8; 10, 1, 9 u. a., eine Zurückbeziehung auf *Scipio*, etwa *quo ille* od. *is* erwarten. Die Stelle ist daher wol nicht richtig, und man könnte *iussus; is ex* — *deduceret. duae urb. leg.*, od. nach Madvig *deducenti. duae* vermuthen; allein eine solche Massregel (andere Zwecke haben die Versetzungen 40, 38, 2; ib. 41, 3, vgl. 42, 22, 6; 38, 28, 8; 26, 34, 7) scheint sonst nicht erwähnt zu werden; wahrscheinlicher ist daher, dass die Worte nicht vollständig sind, die Aufgabe Scipios genauer bezeichnet und in *deducendae* eine Beziehung auf die später, 37, 57; 39, 55, dorthin geführten Colonieen enthalten war, vgl. 36, 39, 3. — *prior. a.*, s. 36, 37, 6. — *quindec.*, 40, 36, 6.

7—10. *Cornel.*, 36, 2, 2. — *Acil.*, der den ätolischen Krieg noch nicht beendigt hat, c. 7, 7; 36, 35. — *cum eo exerc.*, die Anwesenheit dieses Heeres in Aetolien wird c. 50, 4, vgl. c. 48, 4, vorausgesetzt, während es bei Polyb. nicht vorhanden ist, s. c. 7, 7, zu 38, 3, 6. — *Aemil.*, L. Valerius, s. 36, 2, 11, scheint

M. Iunio praetore superioris anni accipere iussus et scribere ipse mille navalis socios, duo milia peditum; cum iis navibus militibusque in Asiam proficisci et classem a C. Livio accipere. duas 11
Hispanias Sardiniamque obtinentibus prorogatum in annum imperium est et idem exercitus decreti. Siciliae Sardiniaeque binae 12
eo anno decumae frumenti imperatae; Siculum omne frumentum in Aetoliam ad exercitum portari iussum, ex Sardinia pars Romam pars in Aetoliam, eodem quo Siculum.

Priusquam consules in provincias proficiscerentur, prodigia 3
per pontifices procurari placuit. Romae Iunonis Lucinae tem- 2
plum de caelo tactum erat ita, ut fastigium valvaeque deformarentur; Puteolis pluribus locis murus et porta fulmine icta et duo homines exanimati; Nursiae sereno satis constabat nimbum 3
ortum; ibi quoque duos liberos homines exanimatos; terra apud se pluvisse Tusculani nuntiabant, et Reatini mulam in agro suo peperisse. ea procurata, Latinaeque instauratae, quod Laurenti- 4
bus carnis, quae dari debet, data non fuerat. supplicatio quoque 5
earum religionum causa fuit quibus diis decemviri ex libris ut

nicht wieder beauftragt worden zu sein. — *ex ipsa pr.*, wie 35, 2, 7. — *Iunius — scrib.*, 32, 8, 6. — *marit. provinc.*, der Geschäftskreis, die Aufgabe den Krieg zur See zu führen, c. 50, 8; Becker 2, 2, 116. — *a M. Iun.*, 36, 2, 15. — *pedit.*, als Schiffssoldaten, 26, 48, 1.

11—12. *prorogat.*, weil die Zahl der Prätoren nicht ausreicht, vgl. 35, 20, 11. — *eo*, man sollte *eo quoque anno*, s. 36, 2, 12 f., erwarten. — *in Aetol. eodem* etc., Aehnliches findet sich auch sonst, s. c. 19, 8; 21, 17, 9; 41, 17, 8; doch ist *Aetoliam* an u. St. auffallender zugesetzt, da das Wort kurz vorhergeht.

3. 1—3. *provinc. prof. pr. p. pont.*, über den gleichen Anlaut so vieler Worte s. 33, 42, 3. — *per pont.* ist wol: unter Vermittelung, nach Anordnung der pontif., 1, 20, 5; Cic. Legg. 2, 12, 29, da sonst die Sühnung der Prodigien durch Opfer, Gebete u. s. w. nach einem Decrete der pontif. durch die Consuln oder einen Prätor erfolgt, vgl. 30, 2, 13; 33, 26, 6; 22, 9, 11 u. a.; 36, 37, 5; Marq. 4, 222. — *Lucinae*, der Mond-, Licht- und Geburtsgöttin; ihr Tempel stand an den Esquilien, Becker 1, 536. — *fastig.*, s. 40, 2, 3; *deform.*, 40, 45, 2. — *Nursiae*, im Sabinerlande, hatte wol das Bürgerrecht. — *sereno*, c. 4, 4; 31, 12, 5. — *liberos*, s. 34, 45, 7; Obsequens hat das Wort nicht; aber er übergeht auch manches Andere. — *Tuscul.*, 8, 37. — *Reat.*, 30, 2.

4—6. *instaur.*, 5, 19, 1; 41, 16, 2, nur darauf bezieht sich *quod.* — *Laurent.*, einem der 30 lat. Bundesstaaten, 8, 11, 15; dass derselbe so unbedeutend gewesen sei, folgt wol nicht aus dem Umstande, dass er vergessen wurde. — *carnis* als Nominativ ist von Priscian 6, 3, 16 p. 684 bezeugt, vgl. 1, 59, 10; Neue 1, 164; zur Sache s. 32, 1, 9; Preller 191. — *debet*, noch zu Ls' Zeit. — *religion.*, Erscheinungen, welche religiöse Bedenken erregen, besonders die Prodigien, vgl. 31, 13, 1. — *quibus d.* etc.

6 fieret ediderunt. decem ingenui, decem virgines, patrimi omnes
matrimique, ad id sacrificium adhibiti, et decemviri nocte lacten-
7 tibus rem divinam fecerunt. P. Cornelius Scipio Africanus, prius-
quam proficisceretur, fornicem in Capitolio adversus viam, qua in
Capitolium escenditur, cum signis septem auratis et equis duo-
bus et marmorea duo labra ante fornicem posuit.
8 Per eosdem dies principes Aetolorum tres et quadraginta,
inter quos Damocritus et frater eius erant, ab duabus cohortibus
missis a M'. Acilio Romam deducti et in Lautumias coniecti sunt.
cohortes inde ad exercitum redire L. Cornelius consul iussit. —
9 Legati ab Ptolomaeo et Cleopatra regibus Aegypti gratulantes,
quod M'. Acilius consul Antiochum regem Graecia expulisset, ve-
10 nerunt adhortantesque, ut in Asiam exercitum traicerent: omnia
perculsa metu non in Asia modo sed etiam in Syria esse; reges
11 Aegypti ad ea, quae censuisset senatus, paratos fore. gratiae re-
gibus actae; legatis munera dari iussa in singulos quaternum
milium aeris.
4 L. Cornelius consul peractis, quae Romae agenda erant, pro
contione edixit, ut milites, quos ipse in supplementum scripsisset,

= *iis diis, quibus ut fieret* etc.; *ut fieret* kann zwischen *ex lib.* und *edider.* gestellt sein um anzudeuten, dass auch das Verfahren bei der supplicatio nach den libri erfolgen solle, s. 42, 2, 6 f.; Marq. 4, 304. — *edider.*, ohne Andeutung, dass es vor *fuit* vollendet war, vgl. c. 23, 2; zu 1, 1, 1; 23, 16, 2 u. a.; zur Sache 36, 37, 5. — *ingenui*, die Opfer nach griechischem Ritus wie an u. St. durften auch von Libertinenkindern verrichtet werden, 22, 1, 18; Marq. 4, 179; Obsequens hat das Wort nicht; die Dienstleistungen bei Opfern durften nur *patrimi matrimique* versehen. Das Verfahren ist dem 31, 12; 27, 37 geschilderten ähnlich. — *nocte*, ungewöhnlich, vgl. 23, 35, 15; 39, 13, 9. — *lactent.*, diese werden sonst bei minder wichtigen Dingen geopfert, vgl. 22, 1, 15.

7. *fornic.*, Durchgangsbogen, vgl. 33, 27; 40, 51; vgl .36, 23. *in Capit.*, Bezeichnung des ganzen Hügels, hier am Abhange desselben; im Folg.: *in Capit. esc.*, die area Capitolina und der Tempel. — *via, qua* etc., wahrscheinlich der clivus Capitolinus. — *signis* von Menschen, im Gegensatze zu *equis*. — *labra* Wasserbehälter, Bassins.

8—11. *princip.* etc., 36, 24, 12; 37, 46, 4: *captivos nobiles*. — *Lautum.*, das Staatsgefängniss an der nordöstlichen Seite des Capitols, s. zu 32, 26, 17. — *Ptolom.*, Epiphanes 35, 13, 4. — *regib.*, s. 1, 39, 2; besonders wird die Königin von Aegypten so mit bezeichnet als Theilnehmerin an der Herrschaft, s. 45, 13, 4. — *paratos*, der König scheint an dem Kriege Theil nehmen zu wollen um einen Theil des syrischen Reiches zu gewinnen, vgl. 36, 4, 3; 31, 9, 1. — *munera*, 31, 9, 5.

4. 1—3. *pro cont.*, 26, 27, 6. — *in suppl.*, s. c. 2, 2 u. 8; über die Vereidigung der Soldaten s. den Grammatiker Cincius bei Gell. 16, 4, 2: *C. Laelii C. fili consulis L. Corneli P. fili consulis in exercitu*

quique in Bruttiis cum A. Cornelio propraetore essent, ut hi om-
nes idibus Quinctilibus Brundisium convenirent. item tres lega- 2
tos nominavit, Sex. Digitium L. Apustium C. Fabricium Lusci-
num, qui ex ora maritima undique navis Brundisium contrahe-
rent; et omnibus iam paratis paludatus ab urbe est profectus. ad 3
quinque milia voluntariorum, Romani sociique, qui emerita sti-
pendia sub imperatore P. Africano habebant, praesto fuere exeunti
consuli et nomina dederunt. per eos dies, quibus est profectus 4
ad bellum consul, ludis Apollinaribus, a. d. quintum idus Quin-
ctiles caelo sereno interdiu obscurata lux est, cum luna sub or-
bem solis subisset. et L. Aemilius Regillus, cui navalis provincia 5
evenerat, eodem tempore profectus est. L. Aurunculeio negotium
ab senatu datum est, ut triginta quinqueremes, viginti triremes
faceret, quia fama erat Antiochum post proelium navale maiorem
classem aliquanto reparare.

Aetoli, postquam legati ab Roma rettulerunt nullam spem 6

etc. — *id Quinct.*, vgl. 36, 3, 14. — *legat. nom.*, sie scheinen nur den folg. Auftrag zu erhalten und deshalb vom Feldherrn allein ernannt zu werden, zu einem länger dauernden Commando vom Senate, s. 32, 16, 2; die Stelle aus App. zu c. 1, 9. — *Digit.* 35, 2; *Apust.* 31, 27; *Fabric.* 33, 43. — *ora mar.*, c. 14, 3; 34, 36, 3, anders § 6. — *voluntar.*, wie 31, 8; 32, 3. — *emerit. stip.* — *hab.*, bedeutet wol nur, dass sie von ihm, als er das imperium hatte, nach Vollendung ihrer Dienstzeit entlassen waren, nicht, dass sie unter ihm alle Feldzüge gemacht haben; sie haben also, s. 32, 3, 4, schon 11 und noch mehrere Jahre vorher ausgedient und dann Land erhalten, 31, 49, 5. — *nom. deder.*, sie dienten als *evocati*, Marq. 3, 2, 294. — *palud.*, 36, 3, 14.

4—5. *per eos d.*, im Verlauf dieser Tage, an einem derselben. — *a. d. q. Id. Q.*, die Spiele dauerten jetzt wenigstens 3 Tage, da sie ursprünglich am 13. Quintilis gefeiert wurden, vgl. 27, 23, 7; CIL. I. 396, Marq. 4, 493. — *obsc. l. est*, Sonnen- u. Mondfinsternisse wurden in den Annalen aufgezeichnet, s. Gell. 2, 28, 6. — *sub. orb sol.*, unten, nach der Erde zu, unten vor die Sonnenscheibe, von dieser blieb nur eine schmale Sichel sichtbar; es war fast eine totale Sonnenfinsterniss, welche nach neueren Berechnungen d. 14. März 564 (der Abgang des Consuls erfolgte also nur scheinbar spät) stattgehabt hat. Der Calender ist ungeachtet der Einrichtung 36, 3, 13, da noch jetzt der 11. Juli des römischen dem 14. März des natürlichen Jahres entspricht, noch sehr in Unordnung, s. Mommsen Chronol. 40; 46; Ideler 2, 92. — *naval. pr.*, c. 2, 10: *maritima provincia.* — *faceret*, 35, 20, 12; dagegen ib. 21, 1: *pararent.* — *aliquanto*, getrennt von dem Comparat. und nachgestellt, 24, 40, 14: *plus tamen hominum aliquanto.*

4, 6—7. Eroberung von Lamia; Belagerung von Amphissa; Verhandlungen mit den Aetolern; Zug nach dem Hellespont. Polyb. 21, 4; Appian. Syr. 23; Mac. 9.

6—10. *Aetoli*, das Folg. bis c.

pacis esse, quamquam omnis ora maritima eorum, quae in Pelo-
7 ponnesum versa est, depopulata ab Achaeis erat, periculi magis quam damni memores, ut Romanis intercluderent iter, Coracem occupaverunt montem: neque enim dubitabant ad oppugnationem
8 Naupacti eos principio veris redituros esse. Acilio, quia id expectari sciebat, satius visum est inopinatam adgredi rem et Lamiam
9 oppugnare: nam et a Philippo prope ad excidium adductos esse, et tunc eo ipso, quod nihil tale timerent, opprimi incautos posse.
10 profectus ab Elatia primum in hostium terra circa Spercheum amnem posuit castra; inde nocte motis signis prima luce corona
5 moenia est adgressus. Magnus pavor ac tumultus, ut in re improvisa, fuit. constantius tamen, quam quis facturos crederet, in tam subito periculo, cum viri propugnarent, feminae tela omnis generis saxaque in muros gererent, iam multifariam scalis appo-
2 sitis urbem eo die defenderunt. Acilius signo receptui dato suos in castra medio ferme die reduxit; et tunc cibo et quiete refectis corporibus, priusquam praetorium dimitteret, denuntiavit, ut ante lucem armati paratique essent; nisi expugnata urbe se eos in ca-
3 stra non reducturum. eodem tempore, quo pridie, pluribus locis adgressus, cum oppidanos iam vires, iam tela, iam ante omnia animus deficeret, intra paucas horas urbem cepit. ibi partim divendita partim divisa praeda, consilium habitum, quid deinde fa-
4 ceret. nemini ad Naupactum iri placuit occupato ad Coracem ab Aetolis saltu. ne tamen segnia aestiva essent et Aetoli non im-

45 ist nach Polyb. erzählt. — *depop.* — *erat* wie c. 28, 4, passiv, wie es sich, das partic. praet. ausgenommen, bei den früheren Classikern nicht findet. — Die Achäer scheinen nach Ablauf des Waffenstillstandes die Feindseligkeiten wieder eröffnet zu haben. — *periculi*, von den Römern. — *Coracem*, 36, 30, 4. — *redit. esse*, die Belagerung ist aufgehoben 36, 35, 6. — *sat. vis.*, 34, 49, 2; c. 26, 13: *satius esse.* — *Lamiam* vgl. 36, 25, 8. — *excid.* wird sonst von L. von den Städten gesagt; auch an u. St. ist wol mehr an Lamia als an die Bewohner zu denken. — *Elat.*, 32, 18, 9. — *host. terra;* das Land am Spercheus ist, wie schon die Behauptung von Hypata, s. 36, 16, zeigt, ätolisch.

5. 1—3. *crederet*, Potentialis der Vergangenheit, wie *crederes*: hätte glauben können. — *ut in r. tr.*, 35, 27, 6; 22, 5, 1, dagegen *in tam s. per.* concessiv. — *cum* — *gerer.*, indem, dadurch dass, 28, 19, 13; 3, 46, 2. — *iam* — *appos.*, ein neuer Umstand neben *in* — *periculo*, der die Vertheidigung um so weniger erwarten liess. — *et tunc*; da andere Hss. *et quidem* haben, so ist viell. *et tunc quidem* zu lesen, vgl. 2, 2, 9. — *praetor. dim.*, 21, 54, 3. — *nisi exp. urb.*, 1, 51, 7. — *defic.*, an das letzte Subject angeschlossen wie c. 9, 3 u. a. — *divend.* — *div.*, 35, 1, 12; die Stadt ist als *vi capta* geplündert.

4—6. *ad Cor.* — *saltu*, der Pass am Cor., 36, 30, 5. — *aestiva*, die zu Kriegsunternehmungen geeignete

petratam pacem ab senatu nihilo minus per suam cunctationem
haberent, oppugnare Acilius Amphissam statuit. ab Heraclea per
Oetam exercitus eo deductus. cum ad moenia castra posuisset, 5
non corona, sicut Lamiam, sed operibus oppugnare urbem est
adortus. pluribus simul locis aries admovebatur, et cum quate-
rentur muri, nihil adversus tale machinationis genus parare aut
comminisci oppidani conabantur; omnis spes in armis et auda- 6
cia erat: eruptionibus crebris et stationes hostium et eos ipsos,
qui circa opera et machinas erant, turbabant. Multis tamen locis 6
decussus murus erat, cum adlatum est successorem Apolloniae
exposito exercitu per Epirum ac Thessaliam venire. cum trede- 2
cim milibus peditum et quingentis equitibus consul veniebat. iam
in sinum Maliacum venerat; et praemissis Hypatam, qui tradere
urbem iuberent, postquam nihil responsum est nisi ex com-
muni Aetolorum decreto facturos, ne teneret se oppugnatio Hy-
patae nondum Amphissa recepta, praemisso fratre Africano Am-
phissam ducit. sub adventum eorum oppidani relicta urbe — 3
iam enim magna ex parte moenibus nudata erat — in arcem,
quam inexpugnabilem habent, omnes armati atque inermes con-
cessere.

Consul sex milia fere passuum inde posuit castra. eo legati 4

Zeit, s. 27, 21, 3; 29, 34, 7 u. a., die nach c. 4, 7 kaum begonnen hat. — *non imp.* ist als der Hauptbegriff vorangestellt, sonst würde man *pacem ab sen. n. imp.* erwarten, s. 36, 31, 10. — *suam*, der Römer, die in *aestiva* nur angedeutet sind. s. 36, 40, 12. — *Heracl.*, 36, 25, dahin scheint er nach der Eroberung von Lamia gezogen zu sein. — *per Oet.* etc., den Corax, von dem südlich in Lokris Amphissa lag, scheint er umgangen zu haben. Uebrigens zeigt auch dieser Uebergang, vgl. 36, 30, dass 36, 15, 11 nicht ganz scharf zu nehmen ist. — *deduct.*, von der Höhe des Gebirges; Andere lesen *ductus.* — *operib.* — *machin.*, vgl. 25, 11, 10: *cum iam machinationum omni genere et operibus oppugnaretur.* — *nihil* — *comm.*, anders 36, 23, 2. — *eos ips.*, die unmittelbar bei, auf — standen, nicht wie die *stationes* weiter entfernt waren.

6. 1—3. *decuss.*, 33, 17, 9. — *Apoll.*, 35, 24, 7. — *per Ep. a. Th.*, wol denselben Weg wie 36, 14, 3, dann an Hypata vorüber, durch die Thermopylen, wie c. 5, 4, nach Amph. — *tred. mil.*, die c. 2, 2 u. 4, 3 bezeichneten Truppen; Polyb. hatte die Zahl der Reiter grösser angegeben als die Annalisten, wie 36, 14, 1. — *sin. Mal.*, 36, 14, 12. — *venerat* folgt nach *veniebat* und *venire*, wie sich ähnliche Wiederholungen bei L. auch sonst finden; doch ist an u. St., da die Hss. meist *sinu Maliaco* haben, viell. *iam* (oder nach der Bamb. Hs. *iam enim*) *in s. M. erat* zu lesen und dieses wie c. 8, 4 als Parenthese zu nehmen.

4—5. *Consul* etc., wenn L. so geschrieben hat (*consul* findet sich nur in der Mz. Hs.), so ist die Darstellung des Pol. etwas ver-

Athenienses primum ad P. Scipionem praegressum agmen, sicut ante dictum est, deinde ad consulem venerunt, deprecantes pro
5 Aetolis. clementius responsum ab Africano tulerunt, qui causam relinquendi honeste Aetolici belli quaerens Asiam et regem Antiochum spectabat, iusseratque Athenienses non Romanis solum,
6 ut pacem bello praeferrent, sed etiam Aetolis persuadere. celeriter auctoribus Atheniensibus frequens ab Hypata legatio Aetolorum venit, et spem pacis eis sermo etiam Africani, quem priorem adierunt, auxit, commemorantis multas gentes populosque in Hispania prius, deinde in Africa in fidem suam venisse; in omnibus se maiora clementiae benignitatisque quam virtutis bellicae
7 monumenta reliquisse. perfecta videbatur res, cum aditus consul idem illud responsum rettulit, quo fugati ab senatu erant. eo tamquam novo cum icti Aetoli essent — nihil enim nec legatione Atheniensium nec placido Africani responso profectum videbant

dunkelt, da *eo* andeutet, dass die Gesandten in das Lager bei Amphissa kommen, in welchem auch Publius sich befindet, während *ad P. Sc. praegressum* so gesagt ist, als ob sie denselben getroffen hätten, als er dem Zuge vorangieng: dagegen erscheinen nach Polyb. die Athener zuerst allein und nur bei Publius; kehren, von diesem an die Aetoler geschickt, mit den Gesandten derselben zurück und finden das röm. Lager jetzt erst bei Amphissa, in welchem sich die Aetoler zuerst an Publius, dann an den Consul wenden. Vielleicht hat L., nachdem er durch *consul — eo* bereits vorgegriffen und die Ankunft des Consuls gemeldet hat, durch *praegressum* nachträglich bemerken wollen, dass vor derselben schon die Zusammenkunft der Athen. (s. 35, 32, 7) mit Publius erfolgt sei. — *sex m.*, s. 24, 14, 2; 4, 9, 13 u. a., Polyb. *ἐν ἑξήκοντα σταδίοις*, also viell. *septem milia*; die Mz. Hs. hat *ab sex milibus*, s. 38, 20, 2. — *deprec. pro*, wie 42, 10, 10. — *clement.*, als vom Consul, § 7. — *quaerens — spectab.*, um das Letzte zu heben, sonst würde man *spectans — quaerebat* erwarten. — *honeste* gehört zu *relinquendi*, die Gründe giebt Polyb. genauer an. — *spectab.*, vgl. 28, 17, 3. — *non Rom. s.*, Polyb. *ἐκέλευσε παραπλησίως πειράζειν αὐτοὺς καὶ τῶν Αἰτωλῶν.*

6—7. *celerit. — freq.* etc., Pol. *οἱ δὲ* (die Athener) — *πορευθέντες εἰς τὴν Ὑπάταν αὐτοὶ διελέγοντο περὶ τῆς διαλύσεως τοῖς ἄρχουσι τῶν Αἰτωλῶν* (c. 3, 1: *τοῖς ἀποκλήτοις*). *ἑ τ ο ί μ ω ς δὲ κἀκείνων συνυπακουόντων κατεστάθησαν οἱ συμμίξοντες τοῖς Ῥωμαίοις.* — *etiam*, ausser der Mittheilung der Athener. — *multas — reliq.*, einfach Pol.: *τίνα τρόπον κέχρηται τοῖς — πιστεύσασι.* — *adit. cons.* = *quem adierant*, s. c. 1, 3: *iussi.* — *rettulit*, brachte wieder vor, s. c. 1, 9; 45, 10, 7; da sonst *responsum referre* die gewöhnliche Bedeutung, s. c. 28, 3, hat, so vermuthet Voss *adito consule — retulerunt.* — *icti*, c. 24, 11. — *referre* berichten, das Object ergiebt sich aus dem Zusammenhange, nicht wie *referre ad senatum*, vgl. c. 7, 14.

—, referre ad suos dixerunt velle. Reditum inde Hypatam est, 7
nec consilium expediebatur: nam neque, unde mille talentum da-
retur, erat, et permisso libero arbitrio ne in corpora sua saevire-
tur, metuebant. redire itaque eosdem legatos ad consulem et 2
Africanum iusserunt et petere, ut, si dare vere pacem, non tantum
ostendere, frustrantes spem miserorum, vellent, aut ex summa
pecuniae demerent aut permissionem extra civium corpora fieri
iuberent. nihil impetratum ut mutaret consul; et ea quoque irrita 3
legatio dimissa est. secuti et Athenienses sunt; et princeps lega- 4
tionis eorum Echedemus fatigatos tot repulsis Aetolos et com-
plorantis inutili lamentatione fortunam gentis ad spem revocavit
auctor indutias sex mensium petendi, ut legatos mittere Romam
possent: dilationem nihil ad praesentia mala, quippe quae ulti- 5
ma essent, adiecturam; levari per multos casus tempore interpo-
sito praesentis clades posse. auctore Echedemo idem missi; prius 6
P. Scipione convento, per eum indutias temporis eius, quod pe-
tebant, ab consule impetraverunt. et soluta obsidione Amphissae 7
M'. Acilius tradito consuli exercitu provincia decessit, et consul
ab Amphissa Thessaliam repetit, ut per Macedoniam Thraeciam-
que duceret in Asiam.

Tum Africanus fratri: „iter, quod insistis, L. Scipio, ego quo- 8
que approbo; sed totum id vertitur in voluntate Philippi, qui si 9
imperio nostro fidus est, et iter et commeatus et omnia, quae in
longo itinere exercitus alunt iuvantque, nobis suppeditabit; si is

7. 1—3. *exped*, 25, 11, 16. — *mille* — *dar.*, 38, 8, 10. — *in corp. sua* wie 36, 28, 6. — *ex* — *demere* u. *aliquid*, s. 34, 54, 5: *demptum ex dignitate populi*. — *permission.* scheint sonst so nicht gebraucht, nach *permittere se* und dem griech. *ἐπιτροπή* gesagt zu sein. — *extra*, 36, 21, 11; Pol. c. 5, 4: *τῆς ἐπιτροπῆς ἐκτὸς ποιῆσαι τοὺς πολιτικοὺς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας*. — *nihil imp.*, durch die Verbindung des Objectes von *mutare* mit *impetrat.* ist *ut* etc. ein erklärender Zusatz geworden: es wurde in keiner Beziehung erlangt, dass etwas. — *et* — *quoq.*, und so wurde auch, vgl. 21, 10, 1; 30, 10, 15.

4—7. *Echedemus* wird von Polyb. schon bei dem c. 6, 4 erwähnten Auftreten genannt. — *auctor*, dadurch, dass er den Vorschlag machte, 35, 35, 5. *ultima*, s. 4, 9, 3. *casus*, *διὰ πολλὰς αἰτίας*. — *tradito exerc.*, Acilius hat, weil Scipio nicht bis nach Amphissa gekommen ist, das Commando fortgeführt; die Uebergabe desselben berichtet auch Polyb. erst hier, c. 5, erwähnt aber ein das abgehende ersetzendes Heer nicht, s. c. 2, 8; 4, 1.

8—11. *iter*, den erwähnten, dass du diesen wählst. — *quod insist.*, Plaut. Cist. 4, 2, 11: *utrum hac an illac iter institerit*; vgl. Caes. B. G. 3, 14: *quam rationem pugnae insisterent*; dagegen L. 24, 4, 5: *vestigiis insistere, disciplinae*, vgl. 37, 60, 2. — *totum id*, der ganze Marsch, in Rücksicht auf seinen Erfolg. — *si destituat* u. *fidem*;

10 destituat, nihil per Thraeciam satis tutum habebis: itaque prius regis animum explorari placet. optime explorabitur, si nihil ex
11 praeparato agentem opprimet qui mittetur." Ti. Sempronius Gracchus, longe tum acerrimus iuvenum, ad id delectus per dispositos equos prope incredibili celeritate ab Amphissa — inde enim
12 est dimissus — die tertio Pellam pervenit. in convivio rex erat et in multum vini processerat: ea ipsa remissio animi suspicio-
13 nem dempsit novare eum quicquam velle. et tum quidem comiter acceptus hospes, postero die commeatus exercitui paratos benigne, pontes in fluminibus factos, vias, ubi transitus difficiles
14 erant, munitas vidit. haec referens eadem, qua ierat, celeritate Thaumacis occurrit consuli. inde certiore et maiore spe laetus
15 exercitus ad praeparata omnia in Macedoniam pervenit. venientis regio apparatu et accepit et prosecutus est rex. multa in eo et dexteritas et humanitas visa, quae commendabilia apud Africanum erant, virum sicut ad cetera egregium, ita a comitate, quae
16 sine luxuria esset, non aversum. inde non per Macedoniam modo sed etiam Thraeciam prosequente et praeparante omnia Philippo ad Hellespontum perventum est.

8 Antiochus post navalem ad Corycum pugnam cum totam

über den Wechsel des Modus s. 21, 13, 5: *si audiatis — habituri estis*, zu 30. 44, 10; 28, 33, 9; Cic. Att .16, 14, 1: *si posset — sin autem vincitur*; ib. 7, 10. — *ex praep.*, 28, 29, 9; 22, 41, 1. — *Gracch.*, 38, 52, 9. — *oppr.*, überraschen. — *dispos.*, Relaispferde. — *inde*, also vor dem § 7 Erzählten. — *Pellam*, die Residenz der Könige, 44, 46.

12—16. *in mult. vini*, weit in das Weintrinken hinein, ist nach *in multam noctem* u. ä. gebildet, vgl. 33, 48, 6: *multo vino in serum noctis convivium perductum*. — *remissio*, Abspannung, Hingebung an die Genüsse. — *benigne*, gern und reichlich. — *vias* etc., s. 39, 28, 9. — *haec ref.*, diese — mit sich bringend. — *Thaum.*, 36, 14, 12. — *ad praep. om.* bezeichnet die Bestimmung der Vorräthe für die Römer genauer als *in Macedoniam, ubi praep. erant*. — *et prosec. est*, Appian.: καὶ ὑπεδέχετο καὶ παρέπεμπεν, L. hat vielleicht *et ipse eos pros. est* geschrieben. — *reg. appar.*, Polyb. frg. 137: τὸν δὲ Πόπλιον καὶ τὸν Γάιον ἀποδεξάμενος φιλανθρώπως καὶ μεγαλομερῶς, ib. 136. — *commendab.* hat Cicero noch nicht gebraucht. — *ad cetera egreg.*, vgl. 38, 14, 3: *ad omnia infido et importuno;* verschieden ist 30, 1, 4; gewöhnlich steht bei *egregius*. der Ablativ mit *in*. — *comit.* umfasst nach dem Folg. auch die Freigebigkeit, vgl. 1, 34, 11; Plaut. Trin. 2, 2, 51. — *sed et Thr.*, vgl. c. 3, 10. Erst 38, 41, 12 wird eine auf diesen Marsch sich beziehende Anecdote aus Claudius, den L. a. u. St. nicht eingesehen hat, nachgetragen. Den Erlass der Kriegscontribution Philipps, s. zu 36, 35, 12, übergeht L. hier, setzt ihn aber c. 25, 12 als bekannt voraus.

8. Rüstungen des Antiochus. Appian. Syr. 22.

1—3. *Coryc.*, 36, 43, schliesst

hiemem liberam in apparatus terrestris maritimosque habuisset,
classi maxume reparandae, ne tota maris possessione pelleretur,
intentus fuerat. succurrebat superatum se, cum classis afuisset 2
Rhodiorum; quodsi ea quoque — nec commissuros Rhodios, ut
iterum morarentur — certamini adesset, magno sibi navium nu-
mero opus fore, ut viribus et magnitudine classem hostium ae-
quaret. itaque et Hannibalem in Syriam miserat ad Phoenicum 3
accersendas naves, et Polyxenidam, quo minus prospere res gesta
erat, eo enixius et eas, quae erant, reficere et alias parare naves
iussit. ipse in Phrygia hibernavit, undique auxilia accersens. 4
etiam in Gallograeciam miserat: bellicosiores ea tempestate erant,
Gallicos adhuc, nondum exoleta stirpe gentis, servantes animos.
filium Seleucum in Aeolide reliquerat cum exercitu ad maritimas 5
continendas urbes, quas illinc a Pergamo Eumenes, hinc a Pho-
caea Erythrisque Romani sollicitabant. classis Romana, sicut 6
ante dictum est, ad Canas hibernabat; eo media ferme hieme rex
Eumenes cum duobus milibus peditum, equitibus quingentis ve-
nit. is cum magnam praedam agi posse dixisset ex agro hosti- 7
um, qui circa Thyatiram esset, hortando perpulit Livium, ut quin-
que milia militum secum mitteret. missi ingentem praedam intra

sich an 36, 45, 8 an. — *liber.*, 22, 60, 9: *cum noctem liberam ad erumpendum habuissent.* — *succurr.*, vgl. 2, 38, 5: *illud non succurrit;* ib. 40, 7; 6, 12, 2 u. a. — *viribus*, Bemannung und Ausrüstung der Schiffe. — *Phoenicum*, s. c. 15; 23; Appian.: *Ἀννίβαν ἔστελλεν ἐπὶ Συρίας ἐς νεῶν ἄλλων ἔκ τε Φοινίκης καὶ Κιλικίας παρασκευήν.* Obgleich Antiochus seiner Tochter, s. c. 3, 9, die Einkünfte Cölesyriens überlassen hat, s. 35, 13, 4, so war er doch in dem Besitze des Landes geblieben, s. 31, 43, 5.

4—5. *Phrygia*, s. c. 54, 11. — *bellicosior.*, als in späterer Zeit; nach Polyb.; anders nach den Annalisten, s. 38, 17, 9; ib. 46, 1; 49, 4; das Prädicat ist auf die Bewohner des genannten Landes bezogen. — *adhuc*, 27, 13, 7. — *stirpe*, die eingewanderten Gallier. — *servantes*, attributiv, oder *cum servarent*; der ganze Gedanke ist parenthetisch; die Aufzählung der Anordnungen geht § 5 weiter. — *Aeolid.*, zu c. 25, 2; 35, 10. — *urb. marit.;* die 35, 42, 2 genannten haben sich noch nicht unterworfen, s. c. 16, 1; Phocaea, Erythrae und andere Städte, s. c. 11, 14 sind von den Römern gewonnen. *Eumen.*, dieser besass bereits einen Theil der Aeolischen Städte.

6—7. *ante dict.*, so oft bei L., s. c. 6, 4; 41, 8; 38, 6, 1 u. a.; bei Anderen mehr *supra dictum est.* — *Canas*, 36, 45, 8. — *Thyatiram*, östlich von Pergamum, j. Ak-Hissar, als femin. auch c. 37, 6; 38, 1; 44, 4; dagegen Neutrum c. 21, 5 wie Polyb.: *τὰ Θυάτειρα*, vgl. 24, 30, 9: *Megara;* ebenso wechselt bei Tacitus *Artaxata*; *Tigranocerta*, vgl. Neue 1, 498. Strabo 13, 1, 4 p. 625: *Θυάτειρα, κατοικία Μακεδόνων — διέχουσα Περγάμου τριακοσίους σταδίους τοὺς δὲ ἴσους καὶ τῶν Σάρδεων.*

9 paucos dies averterunt. Inter haec Phocaeae seditio orta quibus-
2 dam ad Antiochum multitudinis animos avocantibus. gravia hi-
berna navium erant, grave tributum, quod togae quingentae im-
3 peratae erant cum quingentis tunicis, gravis etiam inopia fru-
menti, propter quam naves quoque et praesidium Romanum
excessit. tum vero liberata metu factio erat, quae plebem in con-
4 tionibus ad Antiochum trahebat; senatus et optimates in Romana
societate perstandum censebant; defectionis auctores plus apud
5 multitudinem valuerunt. Rhodii, quo magis cessatum priore ae-
state erat, eo maturius aequinoctio verno eundem Pausistratum
6 classis praefectum cum sex et triginta navibus miserunt. iam
Livius a Canis cum triginta navibus et septem quadriremibus,
quas secum Eumenes rex adduxerat, Hellespontum petebat, ut
ad transitum exercitus, quem terra venturum opinabatur, prae-
7 pararet, quae opus essent. in portum, quem vocant Achaeorum,
classem primum advertit; inde Ilium escendit, sacrificioque Mi-
nervae facto legationes finitimas ab Elaeunte et Dardano et Rhoe-

9. Unternehmungen zur See. Polyb. 21, 6; Appian. Syr. 23 f.

1—4. *seditio*, nach Appian, s. zu 36, 43, 11, hat sich Phocaea nur aus Furcht unterworfen. — *avocant.*, 4, 61, 3: 1, 12, 10. — *hiberna*, Pol. l. l.: *οἱ Φωκαιεῖς — ὑπὸ τῶν ἀπολειφθέντων Ῥωμαίων ἐν ταῖς ναυσὶν ἐπισταθμευόμενοι*; das Lager der vor Phocaea liegenden Abtheilung der Schiffe, s. 36, 45, 8. — *togae — tunic.*, s. 22, 54, 2. — *senat. et opt.*, nach röm. Bezeichnung, vgl. Polyb.: *οἱ τῶν Φωκαίων ἄρχοντες, δεδιότες τάς τε τῶν πολλῶν ὁρμὰς διὰ τὴν σιτοδείαν καὶ τὴν τῶν ἀντιοχιστῶν φιλοτιμίαν, ἐξέπεμψαν πρεσβευτὰς πρὸς Σέλευκον*; die Gesandten neigen sich zum Theil zur Partei des Königs; dann: *πυθόμενος (Σέλευκος) τὴν ὁρμὴν τῶν πολλῶν καὶ τὴν σπάνιν τοῦ σίτου — προῆγε πρὸς τὴν πόλιν.* — *plus val.*, der Abfall erfolgt erst c. 11, 15.

5—7. *cessat. er.*, s. 36, 45, 5. — *aequin. ver.*, sobald die Schifffahrt wieder begann. — *iam.* der frühe Aufbruch des Livius ist durch *quem — opinab.* motivirt; doch war das Heer selbst erst kurz vor dem Aequinoctium von Rom abgegangen, s. c. 4, 4, und eine sichere Nachricht über die Annäherung desselben kommt erst c. 18, 10, vgl. c. 16, 4; 33, 1. — *trig. nav.* n. römischen, wenn nicht dieses oder eine andere Bezeichnung der Schiffe ausgefallen ist. — *port. Ach.*, Pomp. Mel. 1, 18, 3: *tum sinus alter, Ἀχαιῶν λιμήν, non longe ab Ilio litora incurvat. — hic Sigeum fuit oppidum, hic Achivorum bellantium statio.* — *advert.*, ein Schiffsausdruck, hier mit *in*, wie sonst bei Dichtern. — *escend.*, 35, 43, 3. — *Elaeunt.*, an der Südspitze des thrac. Chersoneses, vgl. 31, 16, 5. — *Dardan.*, Herod. 7, 43: *ἐπορεύετο ἐνθεῦτεν (Ξέρξης), ἐν ἀριστερῇ μὲν ἀπέργων Ῥοίτειον πόλιν — καὶ — Δάρδανον, ἥπερ δὴ Ἀβύδῳ ὅμουρός ἐστι*, 70 Stadien davon entfernt. — *Rhoet.*, ein kleiner Ort an dem aus Homer bekannten Vorgebirge, s. c. 37, 1; 38, 39, 10. — *trad.*, App. c. 23.

teo, tradentis in fidem civitatis suas, benigne audivit. inde ad 8
Hellesponti fauces navigat et decem navibus in statione contra
Abydum relictis cetera classe in Europam ad Sestum oppugnandam
traiecit. iam subeuntibus armatis muros fanatici Galli primum 9
cum sollemni habitu ante portam occurrunt; iussu se matris deum
famulos deae venire memorant ad precandum Romanum, ut par-
ceret moenibus urbique. nemo eorum violatus est. mox univer- 10
sus senatus cum magistratibus ad dedendam urbem processit.
inde Abydum traiecta classis. ubi cum temptatis per colloquia 11
animis nihil pacati responderetur, ad oppugnationem sese expe-
diebant.

Dum haec in Hellesponto geruntur, Polyxenidas regius prae- **10**
fectus — erat autem exul Rhodius — cum audisset profectam
ab domo popularium suorum classem, et Pausistratum praefectum 2
superbe quaedam et contemptim in se contionantem dixisse, prae-
cipuo certamine animi adversus eum sumpto nihil aliud dies no-
ctesque agitabat animo, quam ut verba magnifica eius rebus con-
futaret. mittit ad eum hominem et illi notum, qui diceret et se 3
Pausistrato patriaeque suae magno usui, si liceat, fore, et a Pau-
sistrato se restitui in patriam posse. cum, quonam modo ea fieri 4
possent, mirabundus Pausistratus percunctaretur, fidem petenti
dedit agendae communiter rei aut tegendae silentio. tum inter- 5
nuntius: regiam classem aut totam aut maiorem eius partem
Polyxenidam traditurum ei; pretium tanti meriti nullum aliud pa-

8—11. *Hellesp. f.*, nach dem Folg. die schmale Stelle zwischen Abydus und Sestus. — *contra*, im Angesicht von, vor, 31, 17. — *fanat. G.*, s. zu 29, 14, 10; 38, 18, 9; 39, 13, 12; 4, 33, 2; Polyb.: *ἐξελθόντες Γάλλοὶ δύο μετὰ τύπων καὶ προστηθιδίων* (Brustbilder der Göttin) *ἐδέοντο μηδὲν ἀνήκεστον βουλεύεσθαι περὶ τῆς πόλεως.* — *cum s. h.*, s. 35, 34, 7. — *matr. d.*, 36, 36, 3. — *famul. d.*, Cic. Legg. 2, 9, 22: *Idaeae matris famulos;* der Cultus der Göttin war weit in Asien verbreitet, vgl. Preller 737; Marq. 4, 317, 341. — *nemo* ist ungenauer Ausdruck, wenn bei Pol., s. vorher, richtig *δύο* gelesen wird. — *exped.*, die Besatzung der Flotte.

10—11. Ueberlistung des Pausistratus. Appian. Syr. 24; Polyb. 21, 7.

2—4. *certam. an.*, Wetteifer das Streben den Gegner zu überbieten, s. zu 2, 59, 1. — *sumpto*, s. 1, 54, 1; 4, 54, 8: *cum spiritus plebs sumpsisset.* — *verba m.*, 10, 23, 6. — *et se* — *se*, Chiasmus und Epanalepsis. *si lic.*, wenn es ihm gestattet, ihm die Gelegenheit dazu gegeben würde. — *fidem agendae rei* gehört zunächst zu *petit*, aber auch zu *dedit*, und ist deshalb auf beide vertheilt; *agendae*, dass werden würde, solle; *aut*, im Falle des Misslingens.

5—8. *internunt.*, dass er gesprochen habe, ergiebt sich aus der Form der Rede, 1, 48, 2; 3, 53, 6; ib.

6 cisci quam reditum in patriam. magnitudo rei nec ut crederet nec ut aspernaretur dicta effecit. Panhormum Samiae terrae pe-
7 tit, ibique ad explorandam rem, quae oblata erat, substitit. ultro citroque nuntii cursare, nec fides ante Pausistrato facta est, quam coram nuntio eius Polyxenidas sua manu scripsit se ea, quae polli-
8 citus esset, facturum signoque suo impressas tabellas misit. eo vero pignore velut auctoratum sibi proditorem ratus est: neque enim eum, qui sub rege viveret, commissurum fuisse, ut adversus
9 semet ipsum indicia manu sua testata daret. inde ratio simulatae proditionis composita. omnium se rerum apparatum omissurum Polyxenidas dicere; non remigem, non socios navalis ad classem
10 frequentis habiturum; subducturum per simulationem reficiendi quasdam naves, alias in propinquos portus dimissurum; paucas ante portum Ephesi in salo habiturum, quas, si exire res coge-
11 ret, obiecturus certamini foret. quam neglegentiam Polyxenidam in classe sua habiturum Pausistratus audivit, eam ipse extemplo habuit. partem navium ad commeatus accersendos Halicarnassum,

54, 8 u. o. — *nec ut* — *nec ut*, vgl. Cic. Att. 3, 6: *et ut in* — *consisteremus* — *et* — *uteremur*; oft *non ut* — *sed ut*; dagegen *ut aut* — *aut* 7, 30, 23, vgl. 36, 16, 10; zum Gedanken s. 21, 34, 4. — *Panhormum S. terrae*, s. 36, 45, 7, scheint L. für einen Ort auf der Insel Samus, an deren Küste auch nach Appian der Ueberfall erfolgt, zu halten, deshalb heisst es § 11: *Samum ad urbem*; c. 11, 1: *Samum* — *deducitur Panhormum*; § 5: *in proxima Samiae terrae traiecit* von Pygela am festen Lande; § 14: *ab Samo* — *fugientibus*. Nach Crevier u. A. wäre Panhormus ein Hafen an der asiatischen Küste, der den Samiern gehörte; allein c. 12, 11 ist im Vergleich mit c. 13, 1 wol auch auf die Insel zu beziehen; c. 13, 4 ist *portum* nicht näher bszeichnet; auf der Küste aber besassen die Samier nur Neapolis, s. Strabo 14, 1, 20 p. 639: *ἡ δὲ Ἐφεσίων παραλία· μέρος δέ τι ἔχουσιν καὶ αὐτῆς οἱ Σάμιοι.— εἶτα Νεάπολις, ἣ πρότερον μὲν ἦν Ἐφεσίων νῦν δὲ Σαμίων. — εἶτα Πύγελα πολίχνιον — εἶτα λιμὴν Πανόρμος καλούμενος*; der letztere, der Hafen von Ephesus, kann nicht den Samiern gehört haben, und es ist kaum zu glauben, dass in geringer Entfernung von demselben ein Hafen desselben Namens gewesen sei, vielmehr scheint *Samiae terrae* an u. St. hinzugefügt um die Verschiedenheit und Entfernung des hier genannten von jenem bekannten anzudeuten. — *subst.*, dass er daselbst überfallen wird, zeigt c. 11, 1. — *sua m.*, *ἐπιστολὴν αὐτόγραφον*. — *auctor.*, verdungen, in seiner Gewalt, verpflichtet sein Versprechen zu halten. — *sub rege*, also ganz in dessen Gewalt stehe, der Feldherr in einer Republik hatte mehr Freiheit. — *testata*, 26, 24, 14.

9—12. *ratio* etc., s. 22, 22, 16 f. — *ad cl.*, bei, auf der Flotte, 44, 35, 15. — *res* — *cog.*, wenn Pausist. heran käme, wolle er zum Scheine den Hafen vertheidigen. — *habitur.* — *habuit*, 2, 59, 1: *idem certamen animorum habiturum exercitum*; 42, 9, 1: *ferociam habuit.* —

partem Samum ad urbem misit, ** ut paratus esset, cum signum adgrediendi a proditore accepisset. Polyxenidas augere simu- 12
lando errorem; subducit quasdam naves, alias velut subducturus esset, navalia reficit; remiges ex hibernis non Ephesum accersit, sed Magnesiam occulte cogit. Forte quidam Antiochi miles, cum **11**
Samum rei privatae causa venisset, pro speculatore deprehensus deducitur Panhormum ad praefectum. is percunctanti, quid 2
Ephesi ageretur, incertum metu an erga suos haud sincera fide, omnia aperit: classem instructam paratamque in portu stare; 3
remigium omne Magnesiam [ad Sipylum] missum; perpaucas naves subductas esse et navalia detegi; numquam intentius rem navalem administratam esse. haec ne pro veris audirentur, animus 4
errore et spe vana praeoccupatus fecit. Polyxenidas satis omnibus comparatis, nocte remige a Magnesia accersito, deductisque raptim, quae subductae erant, navibus, cum diem non tam apparatu absumpsisset, quam quod conspici proficiscentem classem nolebat, post solis occasum profectus septuaginta navibus tectis 5
vento adverso ante lucem Pygela portum tenuit. ibi cum inter-

Samum ad urb., vgl. zu 44, 32, 3; 40, 33, 1; nach der Stadt Samus, an der Südostseite der Insel, im Gegensatze zu dem § 6 bezeichneten Orte. Nach *misit* scheint etwas ausgefallen, da auch Pausist. wol die Absicht hatte thätig zu sein, also etwa *ipse* oder *ipse eum reliquis substitit*, *ut*. — *alias velut* ist so voran- und *subducit quasdam* gegenübergestellt, als ob das folg. Prädicat sich auf *alias* beziehen sollte, dann aber nur von dem Particip. abhängig gemacht und auf das Prädicat ein anderes Object bezogen, K. 311; 327. — *naval.* bezeichnen hier die Anlage in dem Hafen, in der die Schiffe aufgestellt und ausgebessert werden, *νεώρια*, besonders wol die Schiffshäuser, *νεώσοικοι*; es soll der Schein erregt werden, als ob die Zahl der in Stand gehaltenen nicht ausreiche; was hier *reficit*, würde c. 11, 3 *tegi* bedeuten. *ex hib.*, die Verhandlungen haben im Anfange des Frühlings begonnen. — *Magnes.* ist wie Ephesus und andere Städte dem König treu geblieben, vgl. c. 11, 14.

11. 1—3. *Samum*, die Stadt, c. 10, 11. — *incert.*, 27, 37, 5; 31, 41, 2. — *instr. parat.*, s. 24, 40, 5, wird durch das folg. *remig.* — *missum*, da die Matrosen noch nicht auf den Schiffen sind, auf die übrige Zurüstung beschränkt, 33, 48, 2. *remig.*, wie § 4; c. 10, 9 u. a. *remige*, collectiv, vgl. 21, 21, 4. *ad Sip.* eine Glosse, da Magnesia am Maeander gemeint ist; nicht ein Irrthum Ls', wegen c. 10, 12. *detegi* st. d. hs. *tegi*, da das Gegentheil von *reficit* § 12 bezeichnet wird.

4—6. *non t. ap.*: nicht sowol mit Zurüstungen, da diese schon gemacht sind; vor *apparatu* noch *in* zuzusetzen ist wol nicht nöthig, s. 28, 6, 1: *id tempus occultis — colloquiis absumptum*; 32, 19, 13. — *conspici* überhaupt, nicht allein von Pausistratus, dem er, wenn dieser zu Panhormus bei Ephesus gestanden hätte, unmöglich hätte verborgen bleiben können. — *septuag. n.*, s. c. 17, 2; 36, 43, 8. — *Pygela*, s. zu c. 10, 6. — *tenuit*, 31,

diu ob eandem causam quiesset, nocte in proxima Samiae terrae
6 traiecit. hinc Nicandro quodam archipirata quinque navibus te-
ctis Palinurum iusso petere, atque inde armatos, qua proximum
per agros iter esset, Panhormum ad tergum hostium ducere, ipse
interim classe divisa, ut ex utraque parte fauces portus teneret,
7 Panhormum petit. Pausistratus primo ut in re necopinata tur-
batus parumper, deinde vetus miles celeriter collecto animo terra
melius arceri quam mari hostes posse ratus, armatos duobus
8 agminibus ad promunturia, quae cornibus obiectis ab alto por-
tum faciunt, ducit, inde facile telis ancipitibus hostem summo-
turus. id inceptum eius Nicander a terra visus cum turbasset,
9 repente mutato consilio naves conscendere omnis iubet. tum
vero ingens pariter militum nautarumque trepidatio orta, et velut
fuga in naves fieri, cum se mari terraque simul cernerent cir-
10 cumventos. Pausistratus unam viam salutis esse ratus, si vim
facere per fauces portus atque erumpere in mare apertum posset,
postquam conscendisse suos vidit, sequi ceteris iussis princeps
11 ipse concitata nave remis ad ostium portus tendit. superantem

45, 10. — *prox. Sam.* etc., der Ausdruck würde weniger passend sein, wenn von einem Orte an der Küste bei Ephesus die Rede wäre, und ist wol wie c. 12, 11 zu verstehen. — *Palinur.*, der Name, aus Vergil bekannt, findet sich auch in Cyrene, Strabo 17, 3, 22 p. 838, aber sonst nicht in der Gegend, von der an u. St. die Rede ist; vgl. App.: *Νίκανδρον — σὺν ὀλίγοις ἐς τὴν Σάμον περιέπεμπε κατὰ τὴν γῆν ὄπισθεν τοῦ Πανσιμάχου* (so heisst bei ihm unrichtig der Anführer der Rhodier) *θορυβοποιεῖν.* — *Panh. ad terg.*, s. 35, 27, 8; *ad — ducere*, wie *ad hostes ducere, ire*, 37, 37, 5; wir: gegen den Feind im R. — *ipse int.* stellt die Thätigkeit der Hauptperson der inzwischen erfolgenden Ausführung ihrer Anordnungen gegenüber, vgl. 5, 19, 4; 36, 10, 10. — *fauc. p.*, der enge Eingang des H., § 10; c. 13, 8; 24, 33, 2. — *Panh. pet.*, App.: *ἐκ μέσων νυκτῶν αὐτὸς ἐπέπλει καὶ περὶ τὴν ἑωθινὴν φυλακὴν ἐπέπιπτεν ἔτι κοιμωμένῳ.*

7—10. *vetus mil.*, die Eigenschaft, in Folge deren das Folg. geschieht; *ut* hinzuzudenken ist nicht nöthig, vgl. c. 49, 5; Hor. Od. 3, 1, 3: *sacerdos*; ib. 2, 4; vgl. zu Pol. c. 7, 1; ib. § 7: *προκεχειρισμένοι Πανσίστρατον διὰ τὸ πρᾶξιν ἔχειν τινὰ καὶ τόλμαν.* — *cornib. obi.*, die gekrümmt vorlaufenden Ufer, welche von der Seeseite her den Hafen abschliessend bilden, natürliche Hafendämme, s. c. 28, 7; Verg. Aen. 1, 159: *obiectu laterum.* — *telis ancip.*, vgl. 30, 33, 3: *tela ancipitia;* 26, 46, 1; da die Hss. meist *facile ex ancipitibus* haben, so ist viell. etwas ausgefallen, etwa: *ex altiore loco* oder *ex tuto telis* etc. — *Nicand.* — *visus*, 36, 24, 12: *Damocritus*, zur Sache s. App.: *νομίσας καὶ τὴν γῆν προειλῆφθαι οὐχ ὑπὸ τῶν ἑωραμένων μόνον ἀλλ' ὡς νυκτὶ πολὺ πλειόνων.* — *mil. naut.*, c. 29, 3. — *fuga in n.*, 22, 19, 9. — *vim facere*, mit Gewalt durchzubrechen suchen, s. 36, 16, 3; 32, 9, 8, dagegen § 13: *via facta*, 22, 50, 9. — *portus*

iam fauces navem eius Polyxenidas tribus quinqueremibus circumsistit. navis rostris icta supprimitur; telis obruuntur propugnatores, inter quos et Pausistratus impigre pugnans interficitur. navium reliquarum ante portum aliae, aliae in portu de- 12
prensae, quaedam a Nicandro, dum moliuntur a terra, captae;
quinque tantum Rhodiae naves cum duabus Cois effugerunt ter- 13
rore flammae micantis via sibi inter confertas naves facta: contis enim binis a prora prominentibus trullis ferreis multum conceptum ignem prae se portabant. Erythraeae triremes cum haud 14
procul a Samo Rhodiis navibus, quibus ut essent praesidio veniebant, obviae fugientibus fuissent, in Hellespontum ad Romanos cursum averterunt. sub idem tempus Seleucus proditam 15
Phocaeam porta una per custodes aperta recepit; et Cyme aliaeque eiusdem orae urbes ad eum metu defecerunt.

Dum haec in Aeolide geruntur, Abydus cum per aliquot dies 12
obsidionem tolerasset praesidio regio tutante moenia, iam omni- 2
bus fessis Philota quoque praefecto praesidii permittente magistratus eorum cum Livio de condicionibus tradendae urbis age-

nach *fauces* fehlt in der Bamb. Hs., es würde nach § 6 und da sogleich *ostium portus* folgt, nicht vermisst werden; eben so heisst es im Folg. *conscendisse*, s. 22, 19, 10; § 8: *naves conscendere*. — *tendit* = *contendit*.

56. 1—4. *praes. discept.*, was an Ort und Stelle entschieden werden könne oder müsse, s. 34, 62, 15: *in re praesenti disceptarent.* — *libera* zu freier Entscheidung, sie erhielten Vollmacht über das Einzelne (Bestimmung der Grenzen der zu verschenkenden Länder, Befreiung u. Belohnung von Städten u. s. w., s. zu 38, 38, 1), Pol.: *οἷς περὶ μὲν τῶν κατὰ μέρος ἔδωκαν τὴν ἐπιτροπὴν, περὶ δὲ τῶν ὅλων αὐτοὶ διέλαβον* etc. — *Lycaon. omnem*, nach 38, 38, 4 soll die Grenze östlich von Lycaon. (zwischen dieser Landschaft und Cappadocien) hinlaufen. — *Phrygiam utr.*, s. c. 54, 11. — *Mysiam*, die Besitzungen der pergamenischen Könige in diesem Lande scheinen, nachdem Achaeus seine Macht in Kleinasien gegründet hatte, s. Pol. 4, 48, sehr gering gewesen zu sein, vgl. c. 54, 12; Strabo 13, 4, 2 p. 624: *Εὐμένης — ἔλαβε παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἅπασαν — τὴν ἐντὸς τοῦ Ταύρου. πρότερον δ' ἦν τὰ περὶ Πέργαμον οὐ πολλὰ χωρία μέχρι τῆς θαλάττης τῆς κατὰ τὸν Ἐλαΐτην κόλπον καὶ τὸν Ἀδραμυττηνόν*, Kuhn 2, 122 f., so dass wol gesagt werden könnte, er habe Mysien erhalten; allein da die meisten Hss. *Misias* (*Mysias*) haben; die königlichen Wälder sonst nicht bekannt und hier hart asyndetisch angeknüpft sind, so ist zu bezweifeln, ob die Stelle richtig und nicht in *regias silvas* eine genauere Bestimmung von *Mysiam* oder *Mysos* (*Mysios*), wie sie c. 53, 13: *civitates, quae defecerant*, 38, 39, 15 angegeben ist, (*regi ademptam?*) enthalten sei; Madvig verm. *Mysiam regiam et Milyas*, s. 38, 39, 16: *Milyada.* — *Lydiae Ioniaeq.* müsste von einem aus *extra ea oppida* noch einmal zu denkenden *oppida* oder *omnia oppida* abhängen, eine ungewöhnliche Construction, die nur mit 37, 13, 1; 24, 32, 8: *praetorum si qui*; 1, 12, 1, vgl. Tac. Germ. 15, 3, verglichen werden könnte aber freier wäre; man erwartet *Lydiam Ioniamque* oder nach Rup. *Lydiae I. oppida extra*; viell. ist das regierende Wort ausgefallen. — *oppida*, diese umfassen zugleich die mit denselben verbundenen Orte; die Beziehung von *Magnesiam* auf *Lydiae* wie 35, 27, 9. — *pugnat. est* und *scripta sunt*, s. c. 34, 6. — *Cariam, quae H. app.*, aus § 6: *Cariae — quae est* geht hervor, dass ein Theil Cariens und, da *ad Phryg. vergentem* folgt, im Osten, nördlich vom Maeander gelegen habe, s. Forbiger 2, 168. Andere halten *Cariam — appellatur* für die Bezeichnung einer Stadt. — *Hydrela*, vgl. Strabo 12, 8, 17, p. 578: *ἡ περὶ τὸν Μαίανδρον χώρα ὑπόνομος πυρί τε καὶ ὕδατι — ἡ γῆ πλήρης ἁλμυρίδων*; der *ager Hydrel.* kann nach einer Stadt

Telmessium, praeter agrum, qui Ptolemaei Telmessii fuisset —:
haec omnia, quae supra sunt scripta, regi Eumeni iussa dari.
Rhodiis Lycia data extra eundem Telmessum et castra Telmes- 5
sium et agrum, qui Ptolemaei Telmessii fuisset: haec et ab Eu-
mene et Rhodiis excepta. ea quoque his pars Cariae data, 6
quae propior Rhodum insulam trans Maeandrum amnem est,
oppida, vici, castella, agri, qui ad Pisidiam vergunt, nisi quae
eorum oppida in libertate fuissent pridie, quam cum Antiocho
rege in Asia pugnatum est.

Pro his cum gratias egissent Rhodii, de Solis urbe, quae in 7
Cilicia est, egerunt: Argis et illos, sicut sese, oriundos esse; ab
ea germanitate fraternam sibi cum iis caritatem esse; petere hoc
extraordinarium munus, ut eam civitatem ex servitute regia exi-
merent. vocati sunt legati regis Antiochi, actumque cum iis est 8

genannt sein, vgl. Strabo 14, 1, 46 p. 650; Plin. 5, 29, 105: *Hydrelitae.* — *ad Maeandr.*, bis an den Mäander, so dass derselbe südlich die Grenze bildet, Pol. c. 24: *πλὴν Λυκίας καὶ Καρίας τὰ μέχρι τοῦ Μαιάνδρου ποταμοῦ*, der schmale Streif nördlich vom Mäander. — *Telmess.*, c. 16, 13; 38, 39, 3; 13; Strabo 14, 3, 4 p. 665: *Τελεμησσός;* Plin. 5, 29, 102, ist von den genannten Gegenden weit entfernt, eine Küstenstadt Lyciens, an dem jetzt Golf von Makry genannten Meerbusen auf einem Vorsprung des Kragus, s. Ritter 2, 943 ff.; Eumenes gewinnt so einen wichtigen Hafen in dem lycischen Meere. — *Telmessium*, scheint wegen *Telmessii* = *Telmessiorum* zu stehen. — *Ptol.*, ist sonst nicht bekannt. — *eundem T.* ist ungewöhnlich statt *eandem*, Neue 2, 655. — *haec iussa*, die Abweichung von der Construct. *Lycaoniam* etc. ist durch das zusammenfassende *haec*, s. 1, 35, 6, etwas gemildert.

5—6. *haec et — et* können, wenn die Worte richtig sind, nur so verstanden werden: diese wurden eines Theils (in Bezug auf *agrum — fuisset*) Eumenes, anderen Theils (in Bezug auf *Telmesson — fuisset*) den Rhodiern entzogen, von dem, was Beide erhielten, ausgenommen; doch ist der Ausdruck nicht klar. — *ab Eum.* etc. statt: von dem, was ihnen gegeben wurde, s. c. 54, 12. — *et Rhod.* ohne *ab* s. 31, 5, 5; 37, 7, 16 u. a. — *ea* und *Cariae* sind zu betonen, deutlicher wäre *Cariae quoque ea pars.* — *pars* in Bezug auf den § 3 genannten, vgl. die Stelle aus Polyb. § 3. — *oppida — vergunt*, wie § 4, der östliche Theil; doch liegt zwischen Carien und Pisidien zum Theil die Eumenes gegebene Milyas, s. 38, 39, 16.

7—10. *egiss.* — *egerunt* steht wol absichtlich in verschiedener Bedeutung neben einander. — *Solis*, s. 33, 20, 4, an der östlichen Küste Ciliciens, während nach 38, 39, 17 schon das weit mehr westlich liegende Pamphylien streitig war. — *et* — *sicut*, in gleicher Weise, wie sie, auch jene, s. 7, 5, 9; 36, 26, 2, vgl. 42, 15, 2. — *german.*, die Abstammung von gleichen Vorfahren, s. 40, 8, 10; *fraterna*, die brüderliche Gesinnung. — *ex serv.*, Pol. c. 24, 12: *τυχεῖν αὐτοὺς τῆς ἐλευθερίας ὑπὸ Ῥωμαίων.* — *actum* etc., genauer Pol. l. l.:

nec quicquam impetratum testante foedera Antipatro, adversus quae ab Rhodiis non Solos, sed Ciliciam peti et iuga Tauri tran-
9 scendi. revocatis in senatum Rhodiis, cum quanto opere tenderet legatus regius, exposuissent, adiecerunt, si utique eam rem ad civitatis suae dignitatem pertinere censerent Rhodii, senatum
10 omni modo expugnaturum pertinaciam legatorum. tum vero impensius quam ante Rhodii gratias egerunt, cessurosque sese potius arrogantiae Antipatri, quam causam turbandae pacis praebituros dixerunt. ita nihil de Solis mutatum est.

57 Per eos dies, quibus haec gesta sunt, legati Massiliensium nuntiarunt L. Baebium praetorem in provinciam Hispaniam pro-
2 ficiscentem ab Liguribus circumventum, magna parte comitum caesa vulneratum ipsum cum paucis sine lictoribus Massiliam
3 perfugisse et intra triduum exspirasse. senatus ea re audita decrevit, uti P. Iunius Brutus, qui propraetor in Etruria esset, provincia exercituque traditis uni, cui videretur, ex legatis, ipse in ulteriorem Hispaniam proficisceretur, eaque ei provincia esset.
4 hoc senatus consultum litteraeque a Sp. Postumio praetore in
5 Etruriam missae sunt, profectusque in Hispaniam est P. Iunius propraetor. in qua provincia prius aliquanto, quam successor veniret, L. Aemilius Paulus, qui postea regem Persea magna gloria vicit, cum priore anno haud prospere rem gessisset, tumultuario exercitu collecto signis collatis cum Lusitanis pugnavit.
6 fusi fugatique hostes; caesa decem octo milia armatorum; duo milia trecenti capti et castra expugnata. huius victoriae fama tranquilliores in Hispania res fecit.

πρῶτον ἐπέταττε (*ἡ σύγκλητος*) *πάσης Κιλικίας ἐκχωρεῖν τὸν Ἀντίοχον* etc. — *foedera*, in Bezug auf die einzelnen Artikel, s. 38, 40, 1. — *tender.*, 23, 14, 8. — *arrogant.*, dem Senate gegenüber, oder weil er eine griechische Stadt in Anspruch nahm.

57—58. 2. Ereignisse in Ligurien und Spanien; die Colonie Bononia; Bewerbung um die Censur. Vell. Pat. 1, 15; Plut. Aemil. Paul. 4; Titus 18.

1—6. *legati* etc., das Folg. bis c. 59 ist nach den Annalisten erzählt. — *ab Ligurib.*, wahrscheinlich bei einer Landung, da sonst in dieser Zeit der Weg nach Spanien zur See gemacht wird, s. 21, 26; 26, 19; 34, 8; auch werden nur *comites* erwähnt und der Nachfolger erhält kein anderes Heer. — *sine lict.*, 27, 27, 8. — *Iunius*, c. 50, 13. — *uni*, nach dem Folg.: einem beliebigen, s. zu 35, 34, 4. — *senat. c. lit.*, s. 24, 14, 9; 41, 12, 7. — *success.*, P. Iunius. — *priore*, c. 46. — *tumult.*, neben dem regelmässigen, s. c. 46, 7; 35, 2, 7. — *fusi* etc., Plut. l. l.: *μάχῃ μὲν οὖν δὶς ἐκ παρατάξεως ἐνίκησε.* — *πόλεις δὲ πεντήκοντα καὶ διακοσίας ἐχειρώσατο* etc., wahrscheinlich war die durch eine vor Kurzem gefundene Inschrift

Eodem anno ante diem tertium Kal. Ianuarias Bononiam 7
Latinam coloniam ex senatus consulto L. Valerius Flaccus M. Atilius Serranus L. Valerius Tappo triumviri deduxerunt. tria milia 8
hominum sunt deducta; equitibus septuagena iugera, ceteris colonis quinquagena sunt data. ager captus de Gallis Bois fuerat; Galli Tuscos expulerant.

Eodem anno censuram multi et clari viri petierunt. quae 9
res, tamquam in se parum magni certaminis causam haberet, aliam contentionem multo maiorem excitavit. petebant T. Quin- 10
ctius Flamininus P. Cornelius Cn. F. Scipio L. Valerius Flaccus M. Porcius Cato M. Claudius Marcellus M'. Acilius Glabrio, qui Antiochum ad Thermopylas Aetolosque devicerat. in hunc 11
maxime, quod multa congiaria habuerat, quibus magnam partem hominum obligarat, favor populi se inclinabat. id cum aegre 12
paterentur tot nobiles, novum sibi hominem tantum praeferri, P. Sempronius Gracchus et C. Sempronius Rutilus, *tribuni plebis*, ei diem dixerunt, quod pecuniae regiae praedaeque aliquantum captae in Antiochi castris neque in triumpho tulisset, neque in aerarium rettulisset. varia testimonia legatorum tribunorumque 13
militum erant. M. Cato ante alios testis conspiciebatur; cuius

bezeugte Schenkung des Aemil. eine Folge dieses Sieges, CIL. II. p. 699.

7—8. *a. d. tert. K.*, diese Genauigkeit findet sich jetzt mehrfach, s. c. 4, 4; 58, 4; 59, 2; 36, 3, 14. — *Bonon.*, c. 47, 2; 33, 37, 3. — *Valer.*, c. 46; *Atil.*, 41, 21; *Valer. Tappo*, viell. der 35, 10; 20 genannte. — *equitib.*, 35, 9, 8. — *quinquag.*, nicht allein sehr viel, sondern auch in günstigerem Verhältnisse zu den Rittern als 35, 9, 8. — *ager* etc., vgl. 5, 35; 36, 39, 3.

9—12. *censur.*, c. 50, 7. — *tamquam*, da die Censur an sich schon ein würdiger Gegenstand des Wettstreites war. — *Cornel.*, 36, 39; *Valer.*, § 7; 33, 42, 7; *Marcell.*, 35, 5. — *congiar.*, s. 25, 2, 8. — *habuer.* ist wahrscheinlich verdorben, da es sonst gewöhnlich heisst: *congiaria dare*, vgl. Plin. 14, 14, 96: *congiarium divisit amplius centum*, und damals nur selten und wol kaum von Einem so viele gegeben wurden, s. Marq. 3, 2, 109. — *novum*, dieses ist früher nicht erwähnt, s. § 15; 35, 24, 5; Mommsen Str. 364, 2. — *tantum*, s. 5, 36, 6. — *Gracch.*, viell. ein älterer Bruder des c. 7 erwähnten. — *Rutil.*, in der gens Sempronia ein seltener Zuname. *quod — rettul.*, die Anklage ist nach Gellius 6, 19, 5 ganz ungewöhnlich, s. 38, 54, 3; 5; Acil. tritt in Folge derselben nicht wie später durch ein Gesetz genöthigt, Mommsen 393, sondern freiwillig von der Bewerbung zurück, s. § 15.

13—15. *varia*, für und gegen ihn. — *Cato* war Legat des Acilius gewesen, s. 36, 17; die Reden, welche er bei dieser Gelegenheit gehalten oder geschrieben hatte, waren noch später bekannt, s. Festus p. 237: *Cato adversus M'. Acilium quarta*, s. 38, 54, 1. *ante al.*, 27, 34, 1; wol in einer contio vor dem Gerichtstage 26, 3, 5. — *conspic.*, 21, 4, 8. — *auctor.*, s. 34,

auctoritatem perpetuo tenore vitae partam toga candida elevabat.
14 is testis, quae vasa aurea atque argentea castris captis inter aliam
15 praedam regiam vidisset, ea se in triumpho negabat vidisse. postremo in huius maxime invidiam desistere se petitione Glabrio dixit, quando, quod taciti indignarentur nobiles homines, id aeque
58 novus competitor intestabili periurio incesseret. Centum milium multa irrogata erat; bis de ea certatum est; tertio, cum de petitione destitisset reus, nec populus de multa suffragium ferre vo-
2 luit, et tribuni eo negotio destiterunt. censores T. Quinctius Flamininus M. Claudius Marcellus creati.

3 Per eos dies L. Aemilio Regillo, qui classe praefectum Antiochi regis devicerat, extra urbem in aede Apollinis cum senatus datus esset, auditis rebus gestis eius, quantis cum classibus hostium dimicasset, quot inde naves demersisset aut cepisset, magno
4 consensu patrum triumphus navalis est decretus. triumphavit Kal. Februariis. in eo triumpho undequinquaginta coronae aureae translatae sunt, pecunia nequaquam [tanta] pro specie regii triumphi, tetrachma Attica triginta quattuor milia ducenta, cisto-
5 phori centum triginta duo milia trecenti. supplicationes deinde

5, 2. — *perp. ten.*, 35, 16, 8; 22, 37, 10 u. a. — *toga cand.*, da er als Mitbewerber auftrat, so hatte sein Ansehen und Zeugniss weniger Gewicht. — *vidisset* — *vidisse* ist absichtlich einander gegenübergestellt. — *in* — *invid.*, um — zu erwecken, wie *in honorem, gratiam*; 38, 50, 12: *in gloriam.* — *taciti*, vgl. 9, 26, 15. — *aeq. nov. comp.* bedeutet wol: ein Mitbewerber, der ebenso ein *novus homo* wäre, wie er selbst. *intest.*, einen infamirenden; sonst heisst so der ehrlose, der kein Testament machen, bei keinem Rechtsgeschäfte Zeugniss ablegen kann. — *incesser.*, angreife, verfolge, bekämpfe.

58. 1—2. *cent.* — *certat.*, s. 25, 3, 14 f. — *tertio,* der dritte Termin nach der *diei dictio*, an welchem der anklagende Magistrat sein Urtheil fällte, gegen das provocirt werden konnte; zum vierten Termine, in dem das Volk entschieden hätte, ist es nach dem Folg. nicht gekommen, s. 25, 4, 8. — *negot. dest.*, so hat L. gewöhnlich den blossen Abl. bei *desistere*, s. c. 57, 15; 4, 55, 5 u. a., nur kurz vorher: *de petitione destitisset.* — *Quinct.*, s. Plut. l. l.: *μετὰ δὲ τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις — ἀπεδείχθη τιμητής, ἥτις ἐστὶν ἀρχὴ μεγίστη καὶ τρόπον τινὰ τῆς πολιτείας ἐπιτελείωσις.*

58, 3—59. Triumphe. Cic. Mur. 14; Polyb. 21, 24, 17.

3—5. *Aemil.*, c. 14 ff. — *aede Ap.*, 34, 43, 2; 39, 4, 2. — *Kal. Feb.*, des Jahres nach seiner Prätur. Der c. 46, 2 erwähnte Grammatiker führt aus der Inschrift auf dem Copitol. an: *duello magno dirimendo, regibus subigendis*, s. 40, 52, 5. — *cistoph.*, c. 46, 3, oder wegen *trecenti.* — *tanta pro* findet sich sonst schwerlich so zusammengestellt, anders ist 36, 7, 17: *nimis multi pro;* Gron. hält *tanta* für unächt, s. 9, 43, 5: *bellum nequaquam pro praesenti terrore;* es wird *tanta nec pro* verm. — *supplicat.*, 35, 8, 9. — *in Hisp.*,

fuerunt ex senatus consulto, quod L. Aemilius in Hispania pro-
spere rem publicam gessisset.
Haud ita multo post L. Scipio ad urbem venit; qui ne co- 6
gnomini fratris cederet, Asiaticum se appellari voluit. et in senatu
et in contione de rebus ab se gestis disseruit. erant qui fama 7
id maius bellum quam difficultate rei fuisse interpretarentur: uno
memorabili proelio debellatum, gloriamque eius victoriae prae-
floratam ad Thermopylas esse. ceterum vere aestimanti Aetoli- 8
cum magis ad Thermopylas bellum quam regium fuit: quota
enim parte virium suarum ibi dimicavit Antiochus? in Asia to-
tius Asiae steterunt vires ab ultimis Orientis finibus omnium gen-
tium contractis auxiliis. Merito ergo et diis immortalibus, quantus 59
maximus poterat, habitus est honos, quod ingentem victoriam
facilem etiam fecissent, *et* imperatori triumphus est decretus.
triumphavit mense intercalario pridie Kal. Martias. qui trium- 2

da viele Hss. *in Graecia* haben, so war wol ein Theil Spaniens gemeint. — *rem p. g.*, s. 38, 51, 9; Vell. Pat. 1, 9, 3 und eine Inschrift CIL. I. p. 178; 278 legen Aemilius auch einen Triumph bei, welchen L. und Plutarch so wenig kennen als die Triumphalfasten CIL. I. p. 459 und das elogium ib. p. I. 289, XXX, s. Mommsen G. d. r. Münzw. 633; Hermes 3, 248.

6—7. *cognomini*, vgl. 24, 5, 1. — *Asiat.*, diesen Zunamen haben auch die fasti Capitol., der von Scipio gewählte war jedoch *Asiagenes*, s. 39, 44, 1; Diod. Sic. 35, 60; Mommsen 1, 874. — *in contione*, es ist kaum anzunehmen, dass der Sieger vor dem Triumphe die Stadt betreten habe, s. 3, 10, 3; 7, 24, 10; sondern L. scheint die Rede, in welcher derselbe Rechenschaft von seinen Thaten ablegte, s. 36, 40, 14, vorausgenommen zu haben, um daran die verschiedenen Urtheile des Volkes zu knüpfen. — *interpr.*, 3, 20, 5, wahrscheinlich die Gegner der Scipionen, c. 57, 13; 38, 50f. *praeflor.*, findet sich bei Plin. Paneg. 58; Gell. 14, 1, 36; die andere Lesart *defloratam* noch später.

8. *ceterum* etc., Ls' Ansicht. — *vere aest.*, 34, 27, 1; 10, 30, 4. — *fuit*, wenn man erwägt, wird man finden, dass — war; zur Sache 36, 15 ff. — *in Asia* ist viell. absichtlich *Asiae* gegenüber gestellt, obgleich in Bezug auf *Thermop.* eine genauere Ortsbezeichnung erwartet wird. — *ultimis Or. fin.* ist unsicher, da die Bamb. Hs. *orientis in omnium* hat, vgl. c. 53, 8; 35, 48, 8: *ab ultimis orientis terminis;* 26, 37, 5; 28, 39, 14: *terrarum ultimas Oceanus finit;* gewöhnlich wird *ultimis orientis* gelesen wie 26, 25, 3: *proximis Illyrici* oder *ultimi orientis sinu*, od. *ab ultimis oris* verm.

59. 1—2. *ergo* kann sich nur auf den Vortrag im Senate beziehen, nach welchem die zuletzt erwähnte Ansicht geltend gemacht worden wäre, nicht auf die contio und die Urtheile im Volke. — *diis imm.*, Opfer und Dankgebete, s. 33, 22, 4 f., 28, 9, 9, eine Supplication ist schon c. 52, 2 gehalten worden; s. c. 47, 3. — *triumph.*, von Pol. 1. 1. kurz erwähnt. — *intercal.*, das frühere Verfahren, die Schaltjahre in regelmässiger Abwechselung mit den gewöhnlichen

phus spectaculo oculorum maior quam Africani fratris eius fuit,
recordatione rerum et aestimatione periculi certaminisque non
magis comparandus, quam si imperatorem imperatori aut Antio-
3 chum ducem Hannibali conferres. tulit in triumpho signa mili-
taria ducenta viginti quattuor, oppidorum simulacra centum tri-
ginta quattuor, eburneos dentes mille ducentos triginta unum,
4 aureas coronas ducentas triginta quattuor, argenti pondo cen-
tum triginta septem milia quadringenta viginti, tetrachmum Atti-
corum ducenta viginti quattuor milia, cistophori trecenta viginti
unum milia septuaginta, nummos aureos Philippeos centum qua-
5 draginta milia, vasorum argenteorum — omnia caelata erant —
mille pondo et quadringenta viginti tria, aureorum mille pondo
viginti tria. et duces regii, praefecti, purpurati duo et triginta

alle zwei Jahre eintreten zu lassen, war durch das Gesetz 36, 3, 13 geändert, s. Censorin. 20, 6: *pontificibus datum negotium eorumque arbitrio intercalandi ratio permissa*, 43, 11, 13; 45, 44, 3. — *prid. Kal. M.*, der Schaltmonat von 22 oder 23 Tagen wurde nach dem 24. oder 25. Febr. eingesetzt, die 4—5 übrigen Tage dieses Monats zu dem Schaltmonat hinzugezählt und darnach die Zahl der Tage vor den Kalenden des März bestimmt; an u. St. also der 27. Tag des Schaltmonats, Ideler 2, 60; 105; Mommsen Chron. 19; 41 f. — *record. aestim.*, bei, in Folge, wenn man sich erinnerte u. s. w. — *non magis* — *conferres*, wenn man die röm. Feldherrn (*imperat. imp.*) oder Hannibal und Antiochus zusammenstellen wollte, so würde sich finden, dass sie gar nicht verglichen werden können, ebenso wenig kann die Grösse des Kampfes verglichen werden; über die Form der Rede s. 28, 41, 4; 31, 1, 6. — *Hann.*, n. *duci*, vgl. 22, 14, 15; zur Sache c. 41, 1.

3—6. *tulit*, 38, 59, 3; 37, 58, 4: *translatae*. — *argenti*, wegen *pondo* und § 5 *vasorum* ist *infectum* zu denken. — *cistophori*, s. c. 46, 3. — *Philipp.*, 34, 52, 7, Mommsen G. d. r. Münzw. 52. Die Hss. haben wie es scheint alle *nummos aureos Philippeos;* nur in einigen fehlt *milia;* der Gebrauch von *milia* als Apposition, c. 40, 9, oder als indeclinable findet sich so oft, dass die Stellen nicht wol alle geändert werden können, s. 38, 38, 13; 39, 5, 14; Varro L. L. 6, 38: *ex mille ad quinquagies centum milia discrimina fieri possunt;* ib. § 36; Caes. B. C. 2, 18, 4; Curt. 3, 23, 2; 9, 13, 21; monum. Ancyr. 2: *civium Romanorum censa sunt capita quadragiens centum milia et sexaginta tria milia*, s. Roth in Kritische Biblioth. von Jahn und Klotz 12 Bd. S. 364 ff.; Madvig verm. *Philippeos * milia centum quadr.* Die Vergleichung mit den Summen 34, 52; u. 39, 7 kann, da dieselben in einzelnen Punkten weit auseinandergehen, nicht entscheiden. — *vasor.*, s. 26, 21, 8; Plin. 33, 11, 148: *L. Scipio in triumpho transtulit argenti caelati pondo MCCCC et vasorum aureorum pondo MD*, so dass man vermuthen könnte, nach *aureo. mille* sei *D* ausgefallen. — *caelata*, Plin. 37, 2, 12: *victoria — L. Scipionis et Cn. Manli* (*inclinavit mores*) *ad caelatum argentum et vestis Attalicas et triclinia aerata*, s. L. 39, 6, 7. — *duces*, 38, 60, 6. — *purpur.*, 32, 39, 8. — *denarii* werden hier zum erstenmale als

ante currum ducti. militibus quini viceni denarii dati, duplex 6
centurioni, triplex equiti. et stipendium militare et frumentum
duplex post triumphum datum; proelio in Asia facto duplex
dederat. triumphavit anno fere post, quam consulatu abiit.

Eodem fere tempore et Cn. Manlius consul in Asiam et Q. **60**
Fabius Labeo praetor ad classem venit. ceterum consuli non 2
deerat cum Gallis belli materia; mare pacatum erat devicto An-
tiocho. cogitanti Q. Fabio, cui rei potissimum insisteret, ne otio-
sam provinciam habuisse videri posset, optimum visum est in
Cretam insulam traicere. Cydoniatae bellum adversus Gortynios 3
Gnosiosque gerebant, et captivorum Romanorum atque Italici
generis magnus numerus in servitute esse per totam insulam
dicebatur. classe ab Epheso profectus cum primum Cretae litus 4
attigit, nuntios circa civitates misit, ut armis absisterent capti-
vosque in suis quaeque urbibus agrisque conquisitos reducerent,
et legatos mitterent ad se, cum quibus de rebus ad Cretensis pa-
riter Romanosque pertinentibus ageret. nihil magnopere ea Cre- 5
tenses moverunt; captivos praeter Gortynios nulli reddiderunt.
Valerius Antias ad quattuor milia captivorum, quia belli minas 6

Geschenk an die Soldaten erwähnt, vorher immer Asse, s. Mommsen G. d. r. Münzw. 382. — *dati*, da das Heer in Asien geblieben ist, s. c. 50, 2, so kann nur die Bestimmung gemeint sein, dass die Summen gegeben werden sollen. — *stipend.*, dieses wird jährlich, s. 5, 4, 7, das Getreide monatlich, beides jetzt doppelt gegeben, s. Marq. 3, 2, 75. — *proelio* etc., der Satz ist nicht passend verbunden, wahrscheinlich ist *duplex* verschrieben, Madvig verm. hier oder im vorhergeh. Satze *triplex* statt *duplex*. — *procl. f.*, 39, 2, 1. — *anno f. p*, nach § 2 nur 15 Tage vor Ablauf des Jahres, da die Consuln damals noch d. 15. März ihr Amt antraten.

60. Verhältnisse in Kreta und Thracien.

1—3. *Eodem* bezieht sich auf *et — et*, und *ceterum* ist nicht ohne Rücksicht auf *eodem* gesetzt: zu gleicher Zeit wol, aber unter verschiedenen Verhältnissen. — *cum Gall. b. mat.*, zu einem Kriege, näml. mit den Gall., c. 51, 10. *cogitanti* wie § 4 *classe* ohne Verbindung, weil die Sache nur im Vorübergehen berührt werden soll. — *insister.*, 5, 16, 10: *insiste muris*, vgl. 37, 7, 8. — *otiosam*, 40, 35, 1. — *Cydon.*, Cydonia an der Nordwestküste Cretas, eine der mächtigsten Städte der Insel und oft mit anderen in Krieg verwickelt, s. Polyb. 4, 55; 22, 19; 27, 14; 28, 15; Plin. 15, 9, 37: *mala — cydonea* (Quitten) *ex Creta insula advecta*. — *Gortyn.*, 33, 3, 10; *Gnos.*, dieses nördlich an der Küste, jenes mehr südlich; beide Städte sind auch Hom. Il. 2, 646; Polyb. 4, 53 verbunden. — *captiv.*, wahrscheinlich noch aus dem punischen, s. 34, 50, und dem macedonischen Kriege, Hertzberg 1, 314.

4. *civitates*, die einzelne *civitas* kann als Mittelpunkt mehrere *urbes* umfassen, daher *in suis q. urbibus*. — *nihil magnop.*, s. 1, 17, 1. — *ad quatt. mil.*, L. scheint die Zahl

timuerint, ex tota insula reddita scripsit; eamque causam Fabio, cum rem nullam aliam gessisset, triumphi navalis impetrandi ab
7 senatu fuisse. a Creta Ephesum Fabius redit; inde tribus navibus in Thraciae oram missis ab Aeno et Maronia praesidia Antiochi deduci iussit, ut in libertate eae civitates essent.

TITI LIVI
AB URBE CONDITA
LIBER XXXVIII.

---

1 Dum in Asia bellum geritur, ne in Aetolia quidem res quie-
2 tae fuerant, principio a gente Athamanum orto. Athamania ea tempestate pulso Amynandro sub praefectis Philippi regio tenebatur praesidio, qui superbo atque immodico imperio desiderium
3 Amynandri fecerant. exulanti tum Amynandro in Aetolia litteris suorum, indicantium statum Athamaniae, spes recuperandi regni
4 facta est. remissique ab eo nuntiant principibus Argitheam —

für zu gross zu halten. — *Val. Ant.*, viell. ist also die vorhergeh. Erzählung aus Polyb. genommen, Nissen 201. — *triumphi*, diesen hat L. nicht erwähnt, setzt ihn aber 38, 47, 5 als nicht lange vor der Rückkehr des Manlius, natürlich nach dem 38, 39, 2 erwähnten Zeitpunkte, gehalten, voraus. Auf denselben beziehen sich von einem Q. Fabius geschlagene Münzen, welche als Gepräge eine quadriga mit Iuppiter und unter den Pferden einen Schiffsschnabel haben, s. Mommsen G. d. r. Mzw. 541 f.; CIL. I. p. 273. — *Aeno et Maron.*, Antiochus scheint diese Städte nach dem Abzuge Philipps, s. 31, 16, 4, in Besitz genommen, beim Aufgeben des Chersones, s. c. 31, 1, nicht geräumt, Scipio c. 33, 1 nur das Gebiet derselben berührt zu haben. Erst nach diesen Zügen hat wol Fabius den 38, 39, 2 erwähnten Auftrag erhalten. — *in liber.* = *liberae*, sie scheinen nicht zu den 38, 39, 14 genannten gerechnet zu werden, vgl. 39, 24; 27.

1—3. Verhältnisse in Aetolien. Polyb. 21, 25. Iustin. 32, 1.

1—4. *Dum — ne — quidem* wie 35, 51, 10: *cum — ne — quidem; fuerant*, die Ereignisse gehören noch in das vorhergeh. Jahr, s. c. 3, 1; 6; 37, 49, 6. — *pulso*, 36, 14, 9. — *Phil.*, 36, 33, 7; ib. c. 34, 9. — *exul.*, 36, 28, 3. — *remissiq.*, bei *literis* ist vorausgesetzt, dass ihm das Schreiben durch sichere Leute überbracht ist, diese schickt er mit einer mündlichen Botschaft zurück, vgl. 24, 6, 2: *remissi — nuntiant.* — *Argith.* lag wahrscheinlich in dem Thale des Achelous nicht weit von dem linken

id enim caput Athamaniae erat —, si popularium animos satis
perspectos haberet, impetrato ab Aetolis auxilio in Athamaniam
se venturum cum Aetolorum delectis, quod consilium est gentis,
et Nicandro praetore. quos ubi ad omnia paratos esse vidit, cer- 5
tiores subinde facit, quo die cum exercitu Athamaniam ingressu-
rus esset. quattuor primo fuerunt coniurati adversus Macedo- 6
num praesidium. hi senos sibi adiutores ad rem gerendam ad-
sumpserunt; dein paucitate parum freti, quae celandae rei quam
agendae aptior erat, parem priori numerum adiecerunt. ita duo 7
et quinquaginta facti quadrifariam se diviserunt; pars una Hera-
cleam, altera Tetraphyliam petit, ubi custodia regiae pecuniae
esse solita erat, tertia Theudoriam, quarta Argitheam. ita inter 8
omnis convenit, ut primo quieti, velut ad privatam rem agendam
venissent, in foro obversarentur; die certa multitudinem omnem
convocarent ad praesidia Macedonum arcibus expellenda. ubi ea 9

Ufer desselben. — *haberet — ventur.*, Amynander. — *impetrato — auxil.* ist in Bezug auf *venturum:* wenn er — haben würde; die folg. Worte sind nicht sicher, da die Mz. Hs. *cum delectis Aetolorum*, die übrigen nur *delectis* haben; doch darf der Umstand sie nicht verdächtigen, dass dieselbe Erklärung: *quod* etc. schon 36, 28, 8 gegeben ist, denn auch da wäre sie wegen 35, 34, 2 nicht nöthig gewesen, s. Nissen 74. Da die Apocleten im Folg. nicht erwähnt werden, so wird angenommen, dass vor *cum Aetolis* etwas ausgefallen sei, etwa *sic convenerat* oder *sic convenisse;* indess wird erst jetzt der Plan gefasst, und es wäre eher zu denken: *deque ea re se acturum* oder eine ähnliche Wendung; doch bleibt auch die Möglichkeit, dass Polyb., dem L. hier wieder folgt, nur von *delectis Aetolorum*, s. 26, 5, 3: *delecti peditum*; 2, 15, 2, den § 9 erwähnten 1000 Mann, gesprochen, L. unpassend *quod — gentis* etc. zugesetzt habe. — *cum del. A. — et pr.*, wie c. 9, 1. — *Nicand.*, 36, 29; er ist Strateg 190—89; ob er an dem Zuge nach Athamanien Theil genommen habe, ist nicht sicher, s. zu c. 3, 3; 4, vgl. c. 2, 9 ff.

5—8. *quos* bezieht sich schwerlich auf die Aetoler, sondern geht auf *popularium* zurück, auf jene bezogen, müssten diese nothwendig bei *certiores s. facit* irgend wie bezeichnet sein; auf die Athamanen dagegen, enthalten die Worte die Bestätigung von § 4: *si — haberet*, worauf es Amynander am meisten ankommen musste; auch war die Benachrichtigung von dem Aufbruch für die Athamanen nöthig, s. § 8, während die Kenntniss der Zeit bei den Aetol. vorausgesetzt werden konnte. — *quattuor* etc. holt nach, wie sich die Athamanen in Bereitschaft gesetzt haben. — *ita* auf das Vorhergeh., § 8 auf das Folg. sich beziehend. — *quadrif.*, 1, 43, 13: *quadrifariam urbe divisa.* — *Heraclea*, die Lage der Stadt und der im Folg. genannten lässt sich nicht mehr bestimmen. — *ubi — sol. erat*, wo sonst gewöhnlich war; es ist der Schatz der athaman. Könige, der der macedonischen war in Pella, 44, 10, 2. — *custodia*, die Aufbewahrung. — *convocar.*, dass sie zum Abfall auffordern sollen, ist nicht besonders bemerkt.

dies advenit, et Amynander cum mille Aetolis in finibus erat, ex composito quattuor simul locis praesidia Macedonum expulsa, litteraeque in alias urbes passim dimissae, ut vindicarent sese ab impotenti dominatione Philippi et restituerent in patrium ac le-
10 gitimum regnum. undique Macedones expelluntur. Theium oppidum litteris a Xenone praefecto praesidii interceptis et arce
11 ab regiis occupata paucos dies obsidentibus restitit; deinde id quoque traditum Amynandro est, et omnis Athamania in potestate erat praeter Athenaeum castellum, finibus Macedoniae subiectum.

2 Philippus audita defectione Athamaniae cum sex milibus
2 armatorum profectus ingenti celeritate Gomphos pervenit. ibi relicta maiore parte exercitus — neque enim ad tanta itinera sufficerent — cum duobus milibus Athenaeum, quod unum a
3 praesidio suo retentum fuerat, pervenit. inde proximis temptatis cum facile animadvertisset cetera hostilia esse, Gomphos re-
4 gressus omnibus copiis simul in Athamaniam redit. Xenonem inde cum mille peditibus praemissum Ethopiam occupare iubet,
5 opportune Argitheae imminentem; quem ubi teneri ab suis locum vidit, ipse circa templum Iovis Acraei posuit castra. ibi unum diem foeda tempestate retentus, postero die ducere ad Argitheam
6 intendit. euntibus extemplo apparuere Athamanes in tumulos

9—11. *ubi — advenit — erat*, 23, 18, 7. — *sese* gehört auch zu *restituerent*, vgl. zu 31, 31, 20: *restituendi vos in amicitiam* etc. — *patrium* wäre hier: das, worauf man von dem Vater ein Recht hat, das von den Vätern überkommene, dem Volke angestammte, der Usurpation gegenüber, vgl. Tac. Ann. 1, 79: *patriis amnibus;* 15, 29: *patriis insignibus*, gewöhnlich aber wird es, wie Duker bemerkt, von den Fürsten gebraucht, welche ihr Reich von den Vätern erhalten, wie *paternus* c. 3, 2; 29, 30, 7; 30, 11, 1; vgl. ib. 12, 6; die legitime Herrschaft besteht zwar jetzt nicht factisch, aber ideal dauert sie fort, und *restituer. in patr.* etc. konnte hier in Bezug auf Amynander ebenso gesagt werden wie von Camillus 7, 1, 9: *restitutus in patriam secum patriam ipsam restituit.* — *Athenaeum* lag wahrscheinlich östlich von Argithea, und deckte die Strasse über den Cercetius nach Gomphi, vgl. 39, 25, 17. — *Xenon.*, vgl. 37, 44.

2. 1—8. *ad — sufficerent*, c. 8, 2; 3, 5, 1; der Potentialis der Vergangenheit, s. c. 49, 2; 37, 34, 7; 9, 18, 5. — *ret. fuer.*, behauptet worden und noch in ihrem Besitz war, s. 37, 26, 2; 45, 40, 2. — *proxim.*, die nächsten Orte, wie *urbem, castra temptare*, doch ist an die Bewohner zu denken, vgl. 35, 37, 1. — *cetera*, ausser Athenaeum. — *templum*, wahrscheinlich östlich im Gebirge an dem Passe nach Gomphi. — *Acraei*, ein auch bei anderen Göttern, der Here, 32, 23, 10; Tyche, Pausan. 2, 7, 5, vorkommender Beiname, Callim. Hymn. in Iov. 82: *ἴζεο δ' αὐτὸς*

imminentis viae discurrentes. ad quorum conspectum constitere
prima signa, totoque agmine pavor et trepidatio erat, et pro se 7
quisque, quidnam futurum esset, cogitare, si in valles subiectas
rupibus agmen foret demissum. haec tumultuatio regem cupien- 8
tem, si se sequerentur, raptim evadere angustias, revocare pri-
mos et eadem, qua venerat, via referre coegit signa. Athamanes
primo ex intervallo quieti sequebantur; postquam Aetoli se con- 9
iunxerunt, hos, ut ab tergo agmini instarent, reliquerunt, ipsi
ab lateribus se circumfuderunt, quidam per notas calles breviore 10
via praegressi transitus insedere; tantumque tumultus Macedo-
nibus est iniectum, ut fugae magis effusae quam itineris ordinati
modo multis armis virisque relictis flumen traiecerint. hic finis 11
sequendi fuit. inde tuto Macedones Gomphos et a Gomphis in
Macedoniam redierunt. Athamanes Aetolique Ethopiam ad Xe- 12
nonem ac mille Macedonas opprimendos undique concurrerunt.
Macedones parum loco freti ab Ethopia in altiorem deruptiorem- 13
que undique tumulum concessere; quo pluribus ex locis aditu
invento expulere eos Athamanes, dispersosque et per invia atque 14
ignotas rupes iter fugae non expedientis partim ceperunt partim
interfecerunt. multi pavore in derupta praecipitati; perpauci cum
Xenone ad regem evaserunt. postea per indutias sepeliendi cae-
sos potestas facta est. Amynander recuperato regno legatos et 3
Romam ad senatum et ad Scipiones in Asiam, Ephesi post ma-
gnum cum Antiocho proelium morantes, misit. pacem petebat 2

ἄκρης ἐν πτόλεσσιν. — *constitere — erat — cogitare*, s. 25, 29, 9; 1, 54, 10: *fuere — adimi — traditur;* 2, 53, 1 u. a. — *demiss.*, 9, 2, 9. — *tumult.* findet sich sonst nicht leicht bei den besseren Schriftstellern. — *si se seq.* enthält nicht sowol die Bedingung zu *cupientem evadere* = *qui cuperet ev.*, da der König ohnehin den Wunsch hat, als zu einem aus dem Zusammenhange zu nehmenden Gedanken: und wenn —, es gewagt haben, rasch durchgezogen sein würde, oder = *si* —, *raptim, ut cupiebat, evasisset angustias*, vgl. 1, 48, 9. — *evad. ang.*, s. 21, 32, 13.

9—14. *se coniunx.* n. *iis*, vgl. 22, 50, 5: *cum aeque coniungi possent*, u. a. — *not. calles*, der Uebergang über den Cercetius, s. 32, 14, 1. — *transitus*, 37, 7, 13. — *flumen*, wahrscheinlich ist der aus dem jetzt Porta genannten Passe kommende Zufluss des Peneus gemeint; die Namen unbedeutender oder wenig bekannter Flüsse und Orte übergeht L. auch sonst, s. 24, 41, 5; 25, 32, 9; ib. 33, 9, vgl. c. 7, 1. — *undiq.*, da sie sich zerstreut hatten, § 9. — *quo* hängt von *aditu* ab, = *in quem*, vgl. c. 56, 9. — *invia*, c. 20, 4: *ardua;* c. 23, 1; 31, 37, 11. — *praecip.*, s. 36, 30, 4.

3. 1—2. *Ephesi*, 37, 45. — *pac. peteb.*, Pol. c. 25, 1: *παρακαλῶν προςδέξασθαι πάλιν αὐτὸν εἰς τὴν συμμαχίαν*, bei L. in veränderter

excusabatque sese, quod per Aetolos recuperasset paternum re-
gnum; Philippum incusabat.
3 Aetoli ex Athamania in Amphilochos profecti sunt et maio-
ris partis voluntate in ius dicionemque totam redegerunt gentem.
4 Amphilochia recepta — nam fuerat quondam Aetolorum — ea-
dem spe in Aperantiam transcenderunt; ea quoque magna ex
parte sine certamine in deditionem venit. Dolopes numquam
5 Aetolorum fuerant, Philippi erant. hi primo ad arma concurre-
runt; ceterum postquam Amphilochos cum Aetolis esse fugam-
que ex Athamania Philippi et caedem praesidii eius accepere, et
6 ipsi a Philippo ad Aetolos deficiunt. quibus circumiectis genti-
bus iam undique se a Macedonibus tutos credentibus esse Ae-
tolis fama adfertur Antiochum in Asia victum ab Romanis; nec
ita multo post legati ab Roma rediere sine spe pacis Fulvium-
7 que consulem nuntiantes cum exercitu iam traiecisse. his territi,
prius ab Rhodo et Athenis legationibus excitis, ut per auctorita-
tem earum civitatium suae preces nuper repudiatae faciliorem
aditum ad senatum haberent, principes gentis ad temptandam

Form u. Stellung. — *per Aetol.*, ohne Hülfe der Römer, durch die Feinde derselben. — *Phil.*, den Phil. dagegen —, weil er sich des Landes bemächtigt hatte.

3—5. *Aetoli* etc., nach Pol. l. l.: *οἱ Αἰτωλοὶ νομίσαντες ἔχειν εὐφυῆ καιρὸν πρὸς τὸ τὴν Ἀμφιλοχίαν καὶ τὴν Ἀπεραντίαν ἀνακτήσασθαι — ἀθροίσαντες Νικάνδρου τοῦ στρατηγοῦ πάνδημον στρατιὰν ἐνέβαλον εἰς τὴν Ἀμφιλοχίαν* ist dieser Zug ganz verschieden von dem nach Athamanien; nach L. sind es die c. 1, 9 erwähnten 1000 Mann, welche denselben ausführen. — *Amph.* zwischen dem ambracischen Meerbusen u. dem Inachus. — *quondam*, 32, 34, 4, sie hatten früher längere Zeit zu dem acarnanischen, dann bis 191, s. 36, 33—35, zu dem aetol. Bunde gehört. — *Aperant.*, 36, 33, 6, südwestlich von Amphilochia, bis 191 aetolisch. — *mag. ex p.*, Pol. l. l.: *ἐστράτευσαν εἰς τὴν Δολοπίαν. οὗτοι δὲ βραχὺν μέν τινα χρόνον ὑπέδειξαν ὡς ἀντιποιησόμενοι, τηρήσαντες τὴν εἰς Φίλιππον πίστιν.* — *Phil. er.*, sie waren bis 196 lange Zeit den Macedoniern unterworfen gewesen, 33, 34, 6; 36, 33, 7 von Phil. wieder gewonnen. — *in dedit. ven.*, s. 9, 20, 4; 33, 37, 4, ist wie vorher *in ius dic. redeg.*, s. 33, 1, 1; 28, 21, 1, von der Wiedervereinigung mit dem Bunde zu verstehen. — *postquam et ipsi*, wie 37, 44, 6: *cum — et ipsi.*

6—8. *a Macedonibus* hat L. zugesetzt, vgl. Pol.: *δοκῶν (Νίκανδρος) ἠσφαλίσθαι τὰ κατὰ τὴν Αἰτωλίαν τοῖς προειρημένοις ἔθνεσι — τοῦ μηδένα δύνασθαι κακοποιεῖν τὴν χώραν αὐτῶν.* — *legati*, etc., 37, 49, 7; Polyb. 21, 5. — *sine s. p.*, Pol.: *τὸν πόλεμον ἀνήγγειλε διότι μένει κατὰ μονος.* — *Rhod. et Ath.*, vgl. 27, 30, 4; über d. Athen. 36, 32, 7; 37, 6, 4. — *princip.*, nach Polyb. Phaeneas, Alexander Isios u. a., das Verbot 37, 49, 8 scheint also

spem ultimam Romam miserunt, nihil, ne bellum haberent, pri- 8
usquam paene in conspectu hostis erat, praemeditati.
Iam M. Fulvius Apolloniam exercitu traiecto cum Epirota- 9
rum principibus consultabat, unde bellum inciperet. Epirotis
Ambraciam placebat adgredi, quae tum contribuerat se Aetolis:
sive ad tuendam eam venirent Aetoli, apertos circa campos ad 10
dimicandum esse; sive detractarent certamen, oppugnationem
fore haud difficilem: nam et copiam in propinquo materiae ad 11
aggeres excitandos et cetera opera esse, et Arethontem, naviga-
bilem amnem, opportunum ad comportanda, quae usui sint, prae-
ter ipsa moenia fluere, et aestatem aptam rei gerendae adesse.
his persuaserunt, ut per Epirum duceret. Consuli ad Ambraciam 4
advenienti magni operis oppugnatio visa est. Ambracia tumulo
aspero subiecta est; Perranthem incolae vocant. urbs, qua mu- 2

nicht bestanden zu haben. — *priusq.* — *praemedit.*, s. 40, 23, 6: *iam ante praemeditatis;* ib. 4. 13: *ante praecogitatum.*

3, 9—**7**. Belagerung von Ambracia. Polyb. 21, 27; Polyaen. 6, 17; Zonar. 9, 21.

9—11. *exercit. trad.*, Pol. e. 25: *τὴν — τῶν δυνάμεων διάβασιν ἐπ᾽ αὐτούς.* Nach Polyb. ist seit dem Abgang Scipios 37, 7, 7 ein röm. Heer in Aetolien nicht gewesen, weshalb auch die Aetoler die c. 2—3 erwähnten Eroberungen machen können; erst jetzt rückt nach ihm ein neues Heer ein; nach den Annalisten dagegen, s. 37, 2, 8; ib. 48, 5; 50, 4, wäre sogleich bei dem Abzuge Scipios ein neues Heer nach Aetolien gekommen, welches dann aber den Unternehmungen der Aetoler ruhig zugesehen haben müsste. — Den Abgang des Fulvius von Rom hat L. ebenso wenig berichtet als was Cicero erwähnt Tusc. 1, 2: *oratio Catonis* (er war Legat des Fulvius, Fest. p. 182), *in qua obiecit ut probrum M. Nobiliori, quod is in provinciam poetas duxisset*; *duxerat autem consul ille in Aetoliam, ut scimus, Ennium*, s. pr. Arch. 11, 27; Brut. 20, 79; Aurel. Vict. 52. — *Epirot.*, vgl. 36, 5; 35. — *Ambrac.*, früher die Hauptstadt in dem Reiche des Pyrrhus, c. 9, 13, war nach der Auflösung desselben an die Aetoler gekommen; darnach ist *tum* zu verstehen; Pol. c. 26, 2: *συνέβαινε τότε πολιτεύεσθαι τοὺς Ἀμβρακιώτας μετὰ τῶν Αἰτωλῶν.* — *adgredi*, n. *Romanos.* — *contrib.*, s. 36, 35, 7. — *apert. c.*, Pol. *καλλίστους τόπους.* *sive — sive*, 36, 16, 10. — *excitand.*, 23, 37, 2. — *Arethontem*, auch c. 4, 3 deuten alle Hss. diesen Namen an, dagegen findet sich 43, 21, 9 *Arrathus* und auf Münzen und Inschriften *Ἄραθος* oder *Ἄραθθος*, ebenso bei Schriftstellern, s. Pol. l. l. *Ἄρατος*; bei Plin. 4, 1, 4: *Aratus;* Strabo 7, 7, 6: *ὑπέρκειται δὲ αὔτη τοῦ μυχοῦ μικρόν· — παραρρεῖ δ᾽ αὐτὴν ὁ Ἄρατθος ποταμὸς ἀνάπλουν ἔχων ἐκ θαλάττης εἰς αὐτὴν ὀλίγων σταδίων*, vgl. ib. 7, 7, 8 p. 327. — *ipsa*, unmittelbar an. — *aestat.*, Pol.: *καὶ τὸν Ἄρατον ποταμὸν — συνεργήσειν πρὸς τὰς τοῦ στρατοπέδου χρείας, ἅτε θέρους ὄντος*, später in der Regenzeit würde die Belagerung durch das Austreten des Flusses erschwert worden sein.

4. 1—4. *Perranth.*, der Name

rus vergit in campos et flumen, occidentem, arx, quae imposita
3 tumulo est, orientem spectat. amnis Aretho ex Athamania fluens
cadit in sinum maris ab nomine propinquae urbis Ambracium
4 appellatum. praeterquam quod hinc amnis munit, hinc tumuli,
muro quoque firmo saepta erat; patente in circuitu paulo am-
5 plius quattuor milia passuum. Fulvius bina a campo castra, mo-
dico inter se distantia intervallo, unum castellum loco edito contra
6 arcem obiecit; ea omnia vallo atque fossa ita iungere parat, ne
exitus inclusis ab urbe neve aditus foris ad auxilia intromittenda
esset. ad famam oppugnationis Ambraciae Stratum iam edicto Ni-
7 candri praetoris convenerant Aetoli. inde primo copiis omnibus ad
prohibendam obsidionem venire in animo fuerat; dein, postquam
urbem iam magna ex parte operibus saeptam viderunt, Epirota-
rum trans flumen loco plano castra posita esse, dividere copias
8 placuit. cum mille expeditis Eupolemus Ambraciam profectus
9 per nondum commissa inter se munimenta urbem intravit. Nican-
dro cum cetera manu primo Epirotarum castra nocte adgredi
consilium fuerat haud facili ab Romanis auxilio, quia flumen in-
10 tererat; dein, periculosum inceptum ratus, ne qua sentirent Ro-
mani et regressus inde in tuto non esset, deterritus ab hoc con-
5 silio ad depopulandam Acarnaniam iter convertit. Consul iam
munimentis, quibus saepienda urbs erat, iam operibus, quae ad-
movere muris parabat, perfectis quinque simul locis moenia est
2 adgressus. tria *opera* paribus intervallis, faciliore aditu a campo,

scheint sonst nicht vorzukommen. — *in camp.*, wie 35, 23, 8; *ad* 37, 56, 3 u. a. — *ex Atham*, das hds. *ex Acarnania* ist wol verschrieben; doch auch *Athamania* nicht genau, s. Strabo l. l.: ἀρχόμενος ἐκ Τύμφης ὄρους (nordwestlich vom Lacmon 32, 13, 2) καὶ τῆς Παρωρείας etc. — *sinum*, den Meerbusen von Arta. — *appell.*, s. 8, 15, 4; 1, 35, 9, vgl. c. 5, 2; 14, 10. — *tumul.*, § 1 Perranthem. — *in circuitu*, 24, 3, 1; Caes. B. G. 1, 21 u. a.

5—10. *inter se dist.*, vgl. 32, 20, 2. — *ita* — *ne*, s. 22, 61, 5; in der Bamb. Hs. fehlt *ita*, wie 25, 5, 10; vgl. Cic. Fat. 13, 29. — *iungere*, wie 25, 22, 10: *continuare*. — *Strat.*, 36, 11, 6. — *edicto*, als Strateg kann er Aushebungen veranstalten. — *trans fl.*, nach Westen. — *divid. cop. pl.*, c. 3, 9; 35, 47, 2. — *exped.*, 34, 28, 3; 22, 16, 2. — *per n. comm.*, wie 37, 18, 7. *commissa*, s. c. 7, 10; 39, 2, 10; Curt. 4, 10, 16: *moles, quae continenti urbem committeret*; wie vorher *iungere*; der Gegensatz ist *intermissa*, 24, 35, 8. — *cons. f. aggredi*, 37, 37, 5. — *haud fac.* — *aux.*, c. 5, 2; 36, 6, 2. *in tuto*, 33, 8, 11: *in tuto receptus erat;* praef. 3; dagegen c. 6, 7: *tuto receptu.* — *ne* — *et* — *non*, wie sonst *ne* — *nec*, 2, 32, 10, aber mit Betonung der Negation, s. 35, 48, 9.

5. 1—2. *saepienda*, 33, 5, 6. — *opera* oder ein ähnliches Wort scheint nach *tria* ausgefallen, Polyb. 27: τρία μὲν ἔργα κατὰ τὸ Πύρρειον προσῆγε διὰ τῶν

adversus Pyrrheum, quod vocant, admovit, unum e regione Aes-
culapii, unum adversus arcem. arietibus muros quatiebat; asse- 3
ribus falcatis detergebat pinnas. oppidanos primo et ad speciem
et ad ictus moenium cum terribili sonitu editos pavor ac trepi-
datio cepit; deinde, ut praeter spem stare muros viderunt, colle- 4
ctis rursus animis in arietes tollenonibus libramenta plumbi aut
saxorum stipitesve robustos incutiebant; falces ancoris ferreis
iniectis in interiorem partem muri trahentes asserem praefrin-
gebant; ad hoc eruptionibus et nocturnis in custodias operum 5
et diurnis in stationes ultro terrorem inferebant.

In hoc statu res ad Ambraciam cum essent, iam Aetoli a 6
populatione Acarnaniae Stratum redierant. inde Nicander prae-
tor spem nactus solvendae incepto forti obsidionis, Nicodamum
quendam cum Aetolis quingentis Ambraciam intromittit. noctem 7
certam tempusque etiam noctis constituit, quo et illi ab urbe
opera hostium, quae adversus Pyrrheum erant, adgrederentur,
et ipse ad castra Romana terrorem faceret, posse ratus ancipiti
tumultu et nocte augente pavorem memorabilem rem geri. et 8
Nicodamus intempesta nocte, cum alias custodias fefellisset, per
alias impetu constanti perrupisset, superato brachio in urbem pe-
netrat, animique aliquantum ad omnia audenda et spei obsessis
adiecit et, simul constituta nox venit, ex composito repente opera
est adgressus. id inceptum conatu quam effectu gravius fuit, quia 9
nulla ab exteriore parte vis admota est, seu metu deterrito prae- 10

ἐπιπέδων τόπων; das *Pyrrheum*, wahrscheinlich der Königspalast des Pyrrhus, c. 9, 13, nicht das Grabdenkmal desselben, wie man nach Ovid. Ibis 305 annehmen könnte, s. Pausan. 1, 13, 7; 2, 21, 5; über die Form *Pyrrheum* s. 45, 16, 5: *Minervium*; im Folg.: *Aesculapium*, *κατὰ τὸ Ἀσκληπιεῖον.*

3—5. *asserib.*, 30, 10, 16: *asseres ferreo unco praefixi;* Caes. B. G. 3, 14, 5; Pol.: *τῶν δορυδρεπάνων ἀποσυρόντων τὰς ἐπάλξεις*, um die Vertheidiger blos zu stellen. — *ut — vider.*, s. zu 27, 2, 6. — *stare*, stehen bleiben, fest stehen, vgl. 27, 1, 10. — *tollenon.*, s. 24, 34, 10. — *libram. pl.*, 42, 63, 4: *arietem libramento plumbi gravatum.* — *saxor.*, vgl. Aen. Tact. Poliorc. 32, 5: *παρασκευάζεσθαι (δεῖ), ὅπως λίθος ἁμαξοπληθὴς ἀφιέμενος ἐμπίπτῃ καὶ συντρίβῃ τὸ τρύπανον. — ὅπως δὲ μὴ ἁμαρτάνῃ τοῦ τρουπάνου ὁ λίθος φερόμενος, κάθετον* (ein Loth) *χρὴ προαφίεσθαι, καὶ ὅταν αὕτη πέσῃ ἐπὶ τὸ τρύπανον, εὐθὺς τὸν λίθον ἐπαφίεσθαι.* — *robust.*, *στύπη δρύινα.* — *ancor. ferr.*, vgl. 30, 10, 16.

6—10. *in h. st.*, c. 8, 1. — *introm.* ist nach § 8 die Absicht. — *quingent.*, Pol.: *πεντακοσίους ἱππεῖς.* — *ad cast.*, an, bei dem Lager. — *brachio*, s. 31, 26, 8; *τὸν μεταξὺ χάρακα*, den Verbindungswall zwischen den einzelnen Werken. — *obsess. adi.*, 37, 54, 12; 24, 31, 6. — *effectu*, 31, 46, 14; *gravius*, gewichtiger, bedeutungsvoller. — *vis adm.*, wie *exercitum*,

tore Aetolorum, seu quia potius visum est Amphilochis nuper receptis ferre opem, quos Perseus, Philippi filius, missus ad Do-
6 lopiam Amphilochosque recipiendos, summa vi oppugnabat. Tribus locis, sicut ante dictum est, ad Pyrrheum opera Romana erant, quae omnia simul, sed nec apparatu nec vi simili, Aetoli
2 adgressi sunt: alii cum ardentibus facibus, alii stuppam picemque et malleolos ferentes, tota collucente flammis acie, advenere.
3 multos primo impetu custodes oppresserunt; dein, postquam clamor tumultusque in castra est perlatus datumque a consule signum, arma capiunt et omnibus portis ad opem ferendam effun-
4 duntur. uno in loco ferro ignique gesta res; ab duobus irrito incepto, cum temptassent magis quam inissent certamen, Aetoli
5 abscesserunt; atrox pugna in unum inclinaverat locum. ibi diversis partibus duo duces Eupolemus et Nicodamus pugnantis hortabantur et prope certa fovebant spe iam Nicandrum ex com-
6 posito adfore et terga hostium invasurum. haec res aliquamdiu animos pugnantium sustinuit; ceterum, postquam nullum ex composito signum a suis accipiebant et crescere numerum ho-
7 stium cernebant, destituti segnius instare; postremo re omissa iam vix tuto receptu fugientes in urbem compelluntur, parte operum incensa et pluribus aliquanto, quam ipsi ceciderant, in-

copias 24, 46, 3; *terrorem*, *spem admovere* u. ä. — *Perseus*, 31, 28, 5. — *recipiend.* nach *receptis* wol ohne Absicht. — *oppugn.*, 36, 7, 7.

